

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

DA BOX

No 2519.



M. Tuscher fecit

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Brevis est vita, cursus
gloriæ sempiternus

E
DVC
rum M
de quib
terr

IAM R
ca ſua Bre
hac non

ACCE
ſpeculum
cor

TITVL
bri in pri
M

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

HENRICI RANZOVII.

EDITIO DVORVM LIBRORUM Macri de virtutibus Herbarum, de quibuſdam animalium partibus, ac terræ ſpeciebus, Itemq; medicamentis totius corporis humani.

IAM RECENTER EX BIBLIOTHECA ſua Bredenbergenſi depromptorum, quorum prior ante hac non tam emendate extitit, poſterior vero antea typis nunquam fuit expreſſus, aut in lucem editus.

ACCESSIT INCERTI AVTORIS ſpeculum Medicorum, rudi ac inculto quidem ſtylo conſcriptum, ſed propter res tamen ex eadem Bibliotheca in lucem editum.

TITVLOS CAPITVM CVIVSQVE LIbri in principio, Elenchum autem, omnium fere quæ in hoc Macri volumine continentur, in fine hujus operis invenies.

*

M. D. XC.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

ANNO DOMINI M. D. XC.
Ætatis ſuæ LXV.



Hæc eſt effigies Henrici vera togati
Ranzovij, vivis conſpicienda notis.

ALIVD.

Nobilis expreßit ſculptoris dextera vivos
Henrici vultus ſedula Ranzovij:
At, quæ rara latent ſub pectore dona Minervæ
Exprimere haud potuit, nec fuit artis opus.
Stemma quidem magnum, ſed major ſtemmate virtus
Reddidit hunc celebrem cuncta per ora virum.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

AD LECTO-
rem.

SI cupis herbarum certas cogno-
ſcere vires,
Hæc lege quæ ſcripſit carmina
docta Macer.
Eruit hæc latebris Ranzovio ſan-
guine natus
Henricus ſeræ poſteritatis a-
mans.
Sumptibus & propriis deſcribi juſ-
ſit & edi,
In lucem tenebris quæ latuere
diu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

IN MACRVM RANZOVIJ &c.

Joannes Politus &c.

CYmbrica quid Latium aut veteres miraris Athenas,
Cùm tua ſit nulla gloria ſorte minor?
Mutant cuncta vices, ſed & omnibus obvia terris
Naturæ ex parili tramite dona fluunt
Quis Boreæ credat Solem inſervire, Polumq;
Vt coleret Pallas poſt habuiſſe Pharum?
Cernis ut Arctoi celebris ſua lumina tractus
Porrigat, utq; ſuum ſpargat in orbe jubar?
Inclyte Ranzovi doctrina inſignis & armis,
Qui Daniæ rutilans ſydus in arce ſedes.
Non ego te priſcis poſt ponam vatibus, olim
Quas Mœcenatis tempore Roma tulit
Tu Themidis Phœbiq; decus, tua gloria ſumma
Iungere Romanis pallia Græca togis
Sic veterum profer tenebris monumenta Virorum,
Noſq; juves ſcriptis nec minus ipſe tuis.
Sic tua perpetuò, quamvis mors cætera tollat,
Nobilis ingenij fama perennis erit.

Col: Agrip: 1589.

HEN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

HENRICVS RAN-
ZOVIVS.

Ad Lectorem.

CVM nuper, candide Lector, a publicis occupationibus aliquantulum otij nactus eſſem, intermittere non potui, quin me ad ſtudia humaniora referrem: Bibliothecam itaque meam Bredenbergicam perluſtrans, variiq; generis librorum inſpectione ac lectione me oblectans, ordine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

diſcutere cœpi repoſitorium in quo Medicorum opera ſunt collocata ubi forte fortuna in-cidi in codicem veterem manu-ſcriptum, multa ad rem medi-cam pertinentia continentem, in quo reperi quædam quæ non erant edita, vel etjam non inte-gre excuſa: In hoc etjam in-veni Macrum, quem dum dili-gentius pervolvo, & cum im-preſsis exemplaribus meis con-fero, deprehendo, priorem ſal-tem librum, non tamen eodem ordine herbarum ubiq; ſervato, extare, & emendatius quædam ſcripta, quam typis expreſſa eſſe:

Alte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Alterum vero librum de medi-
camentis totius corporis huma-
ni hactenus publicatum non eſ-
ſe, prout etjam cum viris doctis
hac de re contuli. Nolui itaq;
hunc Macrum diutius in Bibli-
otheca mea deliteſcere, ſed ope-
ræ pretium me facturum puta-
vi ſi eum in lucem edi curarem,
omnibuſq; medicinæ ac ſanitatis
ſtudioſis communicarem.

Fateor equidem aliquot ver-
ſus Leoninos ac lima indigen-
tes in eo inveniri, attamen pro-
pterea non plane abjiciendus
eſſe videtur: Ad marginem
quædam loca ex impreſſo ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

emplari Georgii Pictorii excerpta, quæ a manuſcripto libro nonnihil differre videntur, annotavi. Tuo autem permitto arbitrio, utram lectionem ſequi malis. Cœterum ex variorum autorum citatione colligi poteſt, tres Macros extitiſſe. Primus horum vixit tempore Naſonis. Secundus tempore Plinii. De tertio nihil certi habemus: Meo tamen judicio aſſerverim Plinianum illum Macrũ hujus operis fuiſſe autorem. Sed liberum eſto cuilibet ſuum judicium. Vt ut ſeſe res habet, ſane dignus eſt, qui legatur. Proinde amice

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

amice Lector, hunc librum in uſum tuum edere volui, cujus lectionem ſi tibi gratam fore cognovero, plura ex Bibliotheca mea, varii generis libris non ſine magnis ſumptibus undiq; comparatis inſtructa, expectabis. Interim hunc librum candide Lector boni conſules.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

CAPITA LI-bri primi.

1 *Artemiſia*.
2 *Abrotanum*.
3 *Abſinthium*.
4 *Vrtica*,
5 *Allium*.
6 *Plantago major*.
7 *Plantago minor*.
8 *Ruta*.
9 *Apium*.
10 *Sabina*.
11 *Porrum*.
12 *Nepeta*.
13 *Pulegium*.
14 *Fœniculum*.
15 *Lactuca*.

16 *Ro-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

16 *Roſa.*
17 *Lilium.*
18 *Tymbra ſive Satureia.*
19 *Salvia.*
20 *Enula.*
21 *Yſopum.*
22 *Lappatium ſive paratella.*
23 *Lolium.*
24 *Cicuta.*
25 *Menta.*
26 *Cepe.*
27 *Sinapis.*
28 *Paſtinaca.*
29 *Serpillum.*
30 *Cherefolium.*
31 *Coriandrum.*
32 *Papaver.*

33 *Vio-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

33 *Viola*.
34 *Centaurea*.
35 Gamandrea.
36 *Ariſtolochia*.
37 *Marrubium*.
38 *Althæa*.
39 *Anetum*.
40 Betonica.
41 Camomilla.
42 *Acidula*.
43 Portulaca.
44 *Liguſticum*.
45 Oſtrucium.
46 *Atriplex*.
47 Bugloſſa.
48 Caulis.
49 Origanum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

50 *Iris*
51 *Vulgago.*
52 *Ciperus.*
53 *Peonia.*
54 *Borago.*
55 *Seneccio.*
56 *Chelidonia.*
57 *Colubrina.*
58 *Iſatis.*
59 *Helleborus albus.*
60 *Helleborus niger*
61 *Gentiana.*
62 *Saliunca.*
63 *Sarcacolla vel agrimonia.*
64 *Sambucus.*
65 *Naſturcium.*
66 *Verbena.*

67 *Mau-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

67 *Maurella.*
68 *Juſquiamum.*
69 *Eruca.*
70 *Malua.*
71 *Piper.*
72 *Pyretrum.*
73 *Zingiber.*
74 *Ciminum.*
75 *Galanga.*
76 *Zedoaria.*
77 *Gariophilum.*
78 *Cinamomum.*
79 *Coſtus.*
80 *Spica.*
81 *Thus.*
82 *Aloe.*
83 *De Aaro.*

84 De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

84 De Brionia.
85 De alga paluſtri.
86 De faba.
87 De nucea vellana
88 De bato ſine rubo.
89 De mirica.
90 De junipero.
91 De ſalice.
92 De felle.
93 De fimo
94 De caſeo.
95 De Araneæ tela.
96 De cochleis.
97 De cornu cervi.
98 De aceto.
99 De ſulphure vivo
100 De alumine.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

De viribus Herbarum.

DE ARTEMIſIA. I.

HErbarum varias dicturus carmine vires,
Herbarū matrem juſtum puto ponere primo;
Cui græcus ſermo dedit Artemiſia nomen.
Hujus *vim fertur, prior inveniſſe Diana, * opem
Artemis Græce quæ dicitur: indeq; nomen
Herba tenet; quia ſic inventrix dicitur ejus.
Præcipue morbis †muliebribus iſta medetur; † mulieribus
Menſtrua deducit ejus decoctio ſumpta:
Hocq; facit, matrix ſi ſæpe fovetur eadem;
Vel, ſi cruda mero ſociata terendo bibatur;
Aut, ſi trita virens ſuper alvum nocte ligetur.
Pellit abortivum potu, vel ſubdita tantum;
Duritias *ſolvit ſtericas, pellitq; tumores: * levat hyſtericas h. e. uterinas
Vrinam potata ciet, lapidesq; repellit;
Ictericosq; juvat, cum vino ſæpius hauſta:
Hanc adipi junctam ſtrumis †apponere laudat † opponere
Plinius, atq; jubet cum vino ſumere tritam.
Hæc, opium nimium ſi quemq; læſerit hauſtum,
Subvenit eximie, ſi vino juncta bibatur,
Affirmant *quidam: quiſquis †guſtaverit illam * etiam
Quod nullo valeat nocuo medicamine lædi: † geſtaverit
Et quod eum morſu non appetat ulla ferarum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Radix illius collo ſuſpenſa, rubetis
Dicitur, & cunctis * nocuis obſiſtere ranis.
*novis. Succus adhoc ejus cum vino proderit hauſtus,
Si muſto contrita recens ſervabitur herba,
Vinum prædictis reddit medicabile morbis:
Et ſapor eſt & odor vino, gratiſsimus illi:
Confortat ſtomachum, ſanat præcordia ſumptum,
Et multis aliis affirmant utile cauſis.

DE ABRO-
tano. 2.

Tertius abrotano legitur gradus eſſe caloris,
Et † deſiccando: ſemen ferventius herba eſt,
Vnde juvat nervos, & cauſſas pectoris omnes,
†deſic-candi. Illius elixi ſi ſit decoctio ſumpta.
Sic quoq; diſpnoicis prodeſt, tuſsimq; repellit.
Et prodeſt lumbis ſic vulvarumq; querelis.
Omnibus his crudum cum vino proderit hauſtum,
*ſolvit curat. Vrinam purgat, ſic & præcordia * mundat:
†Iſchiada & Sic † ſciaſim curat, ſic ſumtum menſtrua purgat,
Serpentes nidore fugat, bibitumq; venena
Illorum extinguit, ſedat quoq; frigora febris,
Antea quam veniant, ſi mixto ſumitur amne,
Aut oleo quo decoquitur ſi membra perungas.
Lumbricos ventris hanc ſæpe bibendo necabis.
Huic panis micas, & mala Cydonia jungens
In ſimul amne coquas, oculorum cocta dolori

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Apponas, vel fervori, curabis utrumq;.
Stirpes infixas, & ſpinas * extrahit ipſum
Appoſitum per ſe vel adeps ſi jungitur illi. * abſtrahit.
Hæc etiam venerem pulvino ſubdita tantum
Incitat, & ventri nocuis potata reſiſtit.

DE ABSYNthio. 3. † præſtabunt.

IN primo calor eſſe gradu, vis ſicca ſecundo,
Dicitur Abſynthi, ſtomachum corroborat herba
Illius, quocunq; modo quis ſumpſerit illam.
Sed melius pluviæ ſi ſit decocta liquore,
Et ſic ſub dio, prius infrigdata bibatur.
Sic poterit variis ejus ſuccurrere morbis.
Hocq; modo pellit lumbricos, mollit & alvum,
Ejus & immodicum ſedat, ſic ſumpta, dolorem.
Vrinam potu producit, menſtrua ſolvit.
Illi ſi nardum, quam profert Gallia jungas,
Et conjuncta teras, & mulſa trita reſolvas,
Præcipue tali purgabis menſtrua potu.
Hoc quoq; † præſtabit cum lano ſubdita molli,
Si ſiler & nardus, & acetum jungitur illi
Noxia deterges tali faſtidia potu,
Gramina ſi rutæ jungas huic, ſalq; piperq;,
Cumq; mero tundens * des hæc, decoctave † potum, * das.
Noxius & * crudus ſtomachi purgabitur humor. † potu.
Iri conjuncta pectus mire juvat hauſta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Acri cum vino trita ſe quilibet ungens,
Non metuit culices, iſtoq; fugantur odore.
† cum apio. *Ictericis crudam dabis hanc †apio ſociatam.*
Hepar percurat ſi juncta eſt Gallica nardus,
* Iuvabat. *Splenq; ſibi juncto potata *juvabit aceto.*
Sic quoq; fungorum depellit ſumpta venenum.
Hocq́; modo ſugillatis ſuperaddita prodeſt:
Obſtat lethiferæ cum vino ſumpta cicutæ.
Sicq́; venenatis occurrit morſibus hauſta,
Et claros oculos reddit, cum melle peruncta.
Decoctæq́; vapor obſtruſas liberat aures,
Si manant ſanie, cum melle terens ſuperadde.
Subvenit anginæ, melli nitroq́; jugata.
Vulneribus prodeſt contrita recentibus illa
† curat *Si ſuper addatur, capitis ſic ulcera † ſanat,*
Pruritusq́; juvat ejus decoctio fotu.
Nauſea non poterit quenquam vexare marina,
Antea commixtam vino qui ſumpſerit illam.
In lini panno ſi circumcincta geratur,
* & modicum *Inguinis * immodicum fertur cohibere tumorem.*
Olfactu ſomnum capiti vel ſubdita præſtat,
Hanc ſibi ſupponi, ſi non præſenſerit æger.
Denigrat crines cinis ejus, ſi bene mixtus
*ſis. *Cerato fuerit, & eo ſi *ſæpe perunctus.*
A tineis tutam reddit, qua conditur, arcam.
Sub lingua factum curat cum melle tumorem:
Livoremq́; nigrum, qui circa luminis orbem
Apparere ſolet, purgabit idem medicamen,

Auris depellit ſonitum cum felle bovino.
Duriciam ſplenis, ejus cataplaſma reſolvit;
Conjuncto ſibi melle †ſteræ ſi ſubditur herba,
*Deſiccabit eam, *manareq́ȝ menſtrua coget.*
Ex oleo fuerit viridis ſi cocta juvabit
Non modice ſtomachum, qui ſit hoc unguine ſotus,
†Encauſto, vino quo ſit macerata, ſoluto
Si ſcribis chartam, mus non terit amplius illam.
Plinius attollit magnis hanc laudibus herbam,
Romanoſq́ȝ refert, ſacris, ex more, diebus
**Cum quadrigarum curſu certare †ſolerent,*
Abſynthii ſuccum ſolitos donare bibendum,
In capitolina victori ſede locato:
** Credentes precium præ cunctis reddere dignum*
Illi, quo firmam poſſet ſervare ſalutem,
*Quæ conſtat mundi precio precioſior *eſſe.*

†utero
*Manereq;
†Encauſtum vocat atramentum librariū quo ſcribimus.
*Dum
†Solebant.
*Credemus.
†omni.

DE VRTICA. 4.

*DIcimus *urticam, quam Græcus acaliphe dicit*
Fervida non modice, vis illi dicitur eſſe,
Vnde néc immerito nomen ſumpſiſſe videtur,
Tacta quod exurat digitos urtica tenentis.
Hæc ſolet ictericos, cum vino ſumpta, juvare:
Illius ſemen colicis cum melle medetur;
Et tuſsim veterem curat ſi ſæpe bibatur.
Frigus pulmonis pellit, ventriſq́ȝ tumorem.
Omnibus his prodeſt pulvis cum melle jugatus,
Aut ſuccus viridis cum vino ſæpius hauſtus,

*Græcus Acalephen nos urticam vocitamus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Cum ſale de foliis ejus factum cataplaſma
Vlceribus prodeſt, & ſordida vulnera purgat.
Et contra morſus valet, hoc cataplaſma caninos.
Hoc cancros, & parotidas, luxataq; curat.
Hocq́; reformatur caro quæ diſceſſit ab oſſe,
Et ſolet humores hoc deſiccare nocentes.
Acri cum vino, radix contrita, tumorem
Compeſcit ſplenis: Podagræ ſic ſubvenit illa.
Omnibus & morbis ſic ſubvenit articulorum:
Omnibus his prodeſt ſuperaddita, vel ſibi juncto
Si coquis hanc oleo, foveasq́; hoc unguine membra;
Naribus impoſitus ſuccus, foliumve, cruorem
Elicit, innata eſt illi vis tanta caloris.
Quod ſi manantem cupias retinere cruorem,
Vrticæ ſucco frontem line, reprimit illum,
Si ſupponatur cum mirrha, menſtrua pellit.
Si claudit vulvam matrix, humore gravata,
Vrticæ foliis reſerabitur illa fricata.
Cum vino bibitum venerem ſemen movet ejus:
Et melius, tritæ ſi jungas melq́;, piperq́;,
Et ſic cum vino prædicto more bibatur,
Pleuriticos, pectus, pulmones adjuvat ejus
Semen, ſi ſumptum fuerit cum melle jugatum.
Cum mulſa bibitum lotium producit abundans
Herba recens ejus, olerum ſi more coquatur,
Detur & illius decoctio, molliet alvum.
Ore diu clauſus ſuccus ſi volvitur ejus,
Vvæ non modicum poterit ſedare tumorem.

Sudo-

Sudorem movet, ex oléo decocta perunctis.
Si quadrupes quæcunq; marem perferre recuſat,
Vrticæ foliis illius vulva fricetur:
Sic naturalem calor excitat ille calorem
Defluvium capitis, ſi ſucco ſeminis hujus
*Vngas ſæpe caput, reprimi dicit *Galenus*
Illius ſemen collectum tempore meßis,
Et deſiccatum, multis erit utile cauſis,
Omnibus his prodeſt, pulvis cum melle jugatus.

* reprimit Doctore Galeno.

DE ALLIO. 5.

SCorrodon Argive, ſunt allia dicta latine.
Hujus vim Medici, calidam, ſiccamq́; periti
In quartum poſuere gradum, manſum vel inunctum,
Curat quos ſerpens, vel ſcorpius intulit ictus.
Et nocui vermès triti pelluntur odore.
Sanat & appoſitum morſus cum melle caninos
†In mulſa coctum, commixtum cui ſit acetum,
*Et bibitum vermes ventris, *tineasq; repellit.*
Ex olio cum †veſte ſua ſi decoquis illud,
Morſus peſtiferos reddes hoc unguine ſanos,
Corpus & attritum cura ſanabis eadem,
Vnguine veſicæ dolor & tumor hoc reprimuntur.
**Prodidit Hyppocrates educi poſſe ſecundas,*
Fumo combuſti ſi vulva diu foveatur.
Pulmonis varias, coctum cum †melle querelas
Pctatumq́; juvat, vel crudum ſæpe comeſtum.

† Et
* tænias
† reſte. Reſtis autem appellatur pilus ille oblongior ac coma in capite allii enaſcens.
* ipſe refert Hyppocras
† cum lacte.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Cum centaurea, Diocles dare præcipit illud
Hydropicis, ſic humores deſiccat aquoſos.
Idem nephriticis elixum ſumere juſsit.
*Pythagoras. * Praxagoras illo fuit uſus cum coriandro,
Et vino, cauſſas ſic curans ictericorum.
Et ſic potatum dicit quod molliat alvum.
Cumq; faba coctum, capitis ſedare dolorem
†perluis Dicitur, attrito ſi tempora †perlinis illo.
Anſeris huic adipem iungas, tepidumq; dolenti
Infundas auri, præclare ſubvenit illi.
Elixum tuſſim juvat, & ſuſpiria ſedat:
Clarificat raucam crudum, coctum quoq;, vocem,
Sed magis elixum juvat illam ſæpe comeſtum.
*teneſmon. Adjuvat incoctum pulti, ſumptumq; *tenaſmon,
Porcino jungens adipi, ſi conteris ipſum,
*modicos. Non *modicum reprimes ſuperaddens ſæpe tumores.
Hunc †ignotarum potus non lædit aquarum,
†ignoratum. Nec diverſorum mutatio facta locorum,
Allia qui mane jejuno ſumpſerit ore.

DE PLANTAGINE MAJORE. 6.

HErbam quæ noſtra lingua Plantago vocatur,
Hanc arnogloſſam Græcus vocat; eſt quia lin-
Agninæ ſimilis foliis: Plantaginis hujus (gua
Sunt geminæ ſpecies; & major prima vocatur,
Altera vero minor, quam vulgo lanciolatam

Dicunt

Dicunt, quod foliis, ut lancea, ſurgat acutis.
*His *infrigdandi, deſiccandiq́; notatur*
Tertius eſſe gradus: majori vim †tamen eſſe
**Majorem dicunt, nimis humida vulnera †ſanat,*
Si ſuperaddatur cum melle, & ſordida purgat,
Cum ſale, ſicut olus, ſi junctaq́; coquatur aceto,
Ventrem reſtringit nimium, ſic manſa, fluentem.
Si ſupra dictis, lens ſit concocta, juvabit
**Hicce dyſentericos cibus, idem Cœliacoſq́;.*
Stringit manantem ſuperaddita †trita cruorem.
Et nigris maculis fertur reparare colorem.
Ovi cum lachryma mire medicatur aduſtis,
Sola canis morſum curat, ſedatq́; tumorem.
Et ſcrophas ſpargit, ſuperaddita cum ſale trita.
Hydropicis, ut olus decocta, comeſtaq́; prodeſt.
Sic juvat aſthmaticos, ferturq́; juvare caducos,
Sordida purgabit bene vulnera quælibet oris,
Ore diu tentus, ſi ſuccus volvitur ejus,
Hic intus fuſus curat ſyringia ſuccus,
Et dolor hoc auris ſedabitur, & ſacer ignis.
Fert †hæmorrhoidis hic opem, ſi ſæpe bibatur,
Per ſe, fortior eſt ſi ſit conjunctus aceto,
Sicq́; juvat phthiſicos: injectus vero per anum,
Stringit non modice fluxumq́; dyſentericorum.
Pellitur ex oculis tumor hoc fervorq́; perunctis.
Sæpius hanc ipſam ſi dentibus atteris herbam,
Gingivas reprimet tumidas, & ſanguine plenas:
Sicq́; ſolet dentis compeſcere ſæpe dolorem.

*His in flammādi deſiccandiq; vocatur
†majorē
*major
† ſiccat

*Sic
†ſæpe

Hi duo verſus in impreſſo exemplari deſunt.

†hæmorrhoicis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Succus cum lana matrici ſubditus ejus,
Stringit manantem nimium ſiccando cruorem,
Cunctis prædictis ejus decoctio cauſis,
Prodeſt, & potus, cum vino ſeminis hujus,
*Veſicæ, renumq́; juvat, *potata, dolorem.*
Dicunt non naſci ſcrophas geſtantibus ejus
Radicem collo ſuſpenſam, vis ibi tanta eſt.
Radices ejus tres contere, jungito tritis,
Vini tres cyathos, & aquæ fac ſit modus idem,
Hæc nondum tremulo potanda dabis febrienti:
Sic febrem pelles, cui dat lux tertia nomen.
Bis binæ quoq́; quartanis prodeſſe putantur,
Cum totidem vini cyathis ſi dentur & amnis.

DE PLANTAGINE minore. 7.

CVncta poteſt plantago minor prædicta juvare:
Quamvis non tantas vires videatur habere;
Præcipue ſuccus curat Plantaginis hujus,
Quod juxta nares vel lumina naſcitur ulcus;
Si ſuperaddatur cum lanis mollibus illi,
Perq; novem cataplaſma dies illud renovetur,
Ejus ſi ſucco tepido venter foveatur,
Acri depulſo ſanabitur ille dolore,
Lumbricos ſuccus depellere dicitur ejus;
Si porcina vetus axungia jungitur illi,
Sedabit duros illud cataplaſma tumores.

Paroti-

Parotidas vulnusq́; recens hoc adjuvat unguen:
Ante duas horas, quartanæ quam tremor ægrum
Vexet, ſi ſuccum biberit plantaginis hujus,
*Sentiet *eximiam tali medicamine curam.* *Eximia facili
Ejus potatum depellit ſperma ſecundas,
Si via longa pedum movet, ut fit ſæpe, dolorem,
Acri cum vino ſuperaddita trita juvabit.
Cum paſſo ſuccus bibitur ſi ſæpius ejus,
Veſicæ variis fertur ſuccurrere morbis
In deſiccando vis eſt plantaginis ingens
Majoris, queat ut (veluti cauteria) corpus,
Appoſitum ſiccare, refert ut Plinius auctor.
Compoſuit librum Themiſon de viribus ejus,
In quo præclaris celebravit laudibus illam.

DE RVTA. 8.

A medicis rutæ vis fervida dicitur eſſe
Siccaq́;: fertur in his gradus illi tertius eſſe:
Vtilis eſt valde ſtomacho ſi ſæpe bibatur,
Expellit partum potu, veneremq́; coercet.
Tuſsim, ſi bibitur, compeſcit, menſtrua purgat.
Si coquis hanc in aqua, cui vinum junxeris acre,
Compeſcit talis decoctio tormina ventris,
Pulmones juvat, & pectus, morboq́; medetur
Coſtarum, quem †Pleuriſin vocat attica lingua. †Pleuritin,
*Arthriticos, *Schiaſinq́; juvat, febribusq́; medetur,* *Iſchiada arthritimque.
Hauſta, vel ex oleo viridem ſi coxeris illam,

Et

Et foveas tepido patientis ante tremorem.
Matricis prodeſt inteſtiniq́; tumori
Hoc vnguen, vel clyſteri ſi funditur intus.
Hauſtaq́; cum vino, prodeſſe valebit utriq;:
Lumbricos oleo decocta, & pota, repellit.
Cum caricis decocta diu, viniq́; liquore,
Prodeſt hydropicis ſi ſit ſuperaddita nocte.
Cruda comeſta recens oculos caligine purgat.
Et melius, marathri cum ſucco, felleq́; Galli,
Melleq́; ſi ſuccus ex æquo jungitur ejus,
Indeq; ſint oculi patientis ſæpe peruncti.
Cum roſeo miſcens oleo, nec non & aceto
Illius ſuccum, capitis curare dolorem,
(Quamvis immodicum) poteris hoc ſæpe perungens.
Naribus expreſſus ſuccus ſi funditur ejus,
Siſtit manantem, bene deſiccando cruorem.
*In *corio mali granati ſi tepefactum*
Auribus infundas, depelles inde dolorem.
Ceruſſæ, roſeoq́; oleo miſcens & aceto
Illius ſuccum, mirandum conficis Vnguen,
Ad depellendum ſacrum, quem dicimus ignem:
Et ſcabiem demit, quæ †dicitur herpeta Græce,
**Et græce dictas acoras hoc unguine purgas.*
Vlcera ſunt capitis humore fluentia pingui.
Curat & hoc †Ozimas, immiſſum naribus; hæc ſunt
Quæ graviter fœtent in naribus ulcera nata.
Obſtat pota mero, vel cruda comeſta, venenis.
Hoc Mithridates, rex ponti, ſæpe probavit,

*corio

†græcis dicitur Herpes

*Purgas & dictas Græcis hoc unguine achoras,

†Curat & Ozæ nas.

Qui

Qui rutæ foliis viginti, cum ſale pauco,
**Ficubus & ſiccis binis, geminaq; juglandi,*
†Iejunus veſci conſurgens mane ſolebat.
Armatusq; cibo tali quaſcunq; veneno
Quilibet inſidias ſibi tenderet haud metuebat.
Muſtelæq; docent obſiſtere poſſe venenis,
Mirifice rutam: comedunt quæ primitus illam,
Dum pugnaturæ ſunt cum ſerpentibus atris,
Cum butyro modicoq; oleo, decocta, tumorem
Matricis ſubjecta tepens fugat illa, coliq;,
Et cunctis intus morbis ſic ſubdita prodeſt.
Hac etjam poteris teſtes curare tumentes,
Cum foliis lauri, bene tritam ſi ſuper addas,
Ex hac antidotum non paucis utile cauſis
Conficitur: medici dicunt diapeganon illud,
Peganon in Græca lingua quia ruta vocatur.
Illius antidoti confectio talis habetur;
Pondere junge pari, nitrum, piper, atq; cyminum,
De tribus his quantum, de ruta ponito tantum:
Sed prius ex acri vino macerare cyminum
Convenit, in ferro poſt aſſari calefacto,
Omnia deinde ſimul bene trita ex melle jugabis.
Pectoris & jecoris, lateris, renumq; dolores
Hoc ex antidoto curantur ſæpe comeſto,
*Extenuat *febrem, mollit ſine tormine ventrem* * bilem
Confortat ſtomachum, facit ut bene digerat eſcas.

* Et magnis nucibus binis caricisq; duabus
† Iejunis

DE APIO. 9.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

EST apium dictum quod apex hanc ferre ſolebat.
Victoris, veterum fieret dum more triumphus,
Ipſe ſibi talem prior impoſuiſſe coronam
Dicitur Alcides: morem tenuere ſequentes.
Aſt alii dictum credunt, quod apes vehementer
Illius ſoleant avidè decerpere flores.
Hanc herbam ſelinon, ſolet Attica dicere lingua,
Virtutis calidæ, ſiccæ quoq; dicitur eſſe;
Tertius à Medicis gradus eſt datus huic in utroq;.
Illius ſucco ſi candida mica terendo
Panis jungatur, oculi ſedare tumorem,
Dicitur emplaſtri noctu ſuperaddita more.
Sicq; ferunt mammis prodeſſe tumentibus illam,
Sedat fervorem ſtomachi, pellitq; tumorem.
Et quicquid venti creat, includitvè nocivi
Deſiccanſq; poris aſſumpta repellit apertis,
Provocat urinas, hæc cruda comeſta, vel hauſta,
Sed mage radicum facit hoc decoctio ſumpta.
Hoc itidem ſemen operatur fortius hauſtum.
Tota venenatis occurrit morſibus herba,
Sed ſemen potius, vel apozema proderit ejus
Si bibitur, tuſimq; modo ſedabit eodem.
* quoq; Ventrem conſtringit, vomitum potata coercet,
Lymphæ commixtum, *ſibi ſi jungatur acetum,
Ægris amiſſum fertur reparare colorem,
Cruda à jejunis fuerit ſi ſæpe comeſta.
Vna quaq; die vexantem corpora febrem,
† fugat Cum lympha potata †juvat febris ante tremorem.

Hydro-

*Hydropen & ſplenem tumidum juvat illa jecurq́;. Hydropicos.
Si cum fœniculi ſucco contrita bibatur,
Hacq; ſuperpoſita turpis lentigo fugatur,
Illius ſuccus farris cum polline †junctus, mixtus.
Atq; ovi lachryma vulnus bene purgat & ulcus,
Si ſuperaddatur emplaſtri more frequenter.

DE SABINA. 10.

EST Brathy Græce, Sabina vocata latine,
Sicca calensq́; ejus vis eſt, & tertius illi
Eſt in utroq; gradus, vulnus cum melle vel ulcus
Fortiter exſiccat, & ſordes purgat eorum,
Sic juvat anthracas, bona quæ plebs ulcera dicit.
Menſtrua deducit, corruptos extrahit alvo
Conceptus, ſi cum vino ſit ſumpta frequenter,
Vel ſi trita prius, matricis ſubditur ori,
Cerotis admixta cutem facit eſſe nitentem.
Omnibus & morbis prodeſt de frigore factis,
Illius in vino, vel aqua decoctio, curat
Queis vertigo nocet, ſi lotum ſit caput inde.
Herbaq́; temporibus, & fronti cocta ligetur,
Duplum Sabinæ, ſi deſint cinnama, poni
In medicamentis jubet Oribaſius auctor.

DE PORRO. 11.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

IN multis cauſsis uſus medicamine porri
Dicitur Hippocrates, medicinæ maximus auctor,
Iſtius ſuccum ſolum dedit ille bibendum
Ægrotis, qui rejiciunt, ſputantvè cruorem,
Quos hæmoptboicos ſoliti ſunt dicere Græci.
Cum Galla dant hunc alii thuriſvè farina,
Aut geminis drachmis porrorum, ſeminis unam
* myrti *Apponunt *myrrhæ, vino quoq; trita reſolvunt.*
Præ cunctis aliis dicunt hæc ſumpta juvare:
Manantemq́; poteſt naris retinere cruorem,
Intus ſi nares ungas medicamine tali.
Contractas vulvas ſucco curabis eodem.
Reddit fœcundas manſum perſæpe puellas.
Vlcera cum melle tritum juvat, appoſitumq́;.
† Humorum capitis ſi deſtillatio fiat. *† Humor ſi capitis diſtillat, & inde gravatur,*
Pulmones, pectusq́; nocens, vocemq; canoram
Indeq; conſurgat tuſsis præcordia lædens,
Cum Ptiſana ſuccum porri ſorbere juvabit,
Et per ſe ſolum prodeſt his omnibus ipſum.
Si porri partes in lympha coxeris albas,
Sic ut aquam primam mutes, addasq́; ſecundam,
Vtilis ejus aquæ ſit duro potio ventri.
Dicitur hæc eadem cum vino ſtringere ventrem:
Cum vino porrum datur his, quos læſerit anguis,
Quodlibet aut animal ſundens lethale venenum:
Nec minus his prodeſt, ſi vulneribus ſuperaddas,
Sic velut emplaſtrum, porrum cum melle ſubactum,
* muliebri. *Commixtus porri ſuccus lacti *mulieris,*

Et bi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Et bibitus tuſſim fertur ſanare vetuſtam.
Et variis vitiis pulmonum ſubvenit idem,
Auris compeſcit cum capræ felle dolorem,
Præſtat idem pariter, cum mulſo mixtus, & auri
Infuſus tepidus, fungis ſi manditur obſtat.
Ejus jungatur ſucco, pars tertia mellis,
Et ſic per nares *tepidus fundendo vel aures *tepidum.
Immenſum poteris capitis ſedare dolorem:
Ex vino bibat hunc lumborum quem dolor angit:
Dicitur vtilius tali nihil eſſe dolori.
Fracturas ſolidat cito, duriciasq; relaxat
Appoſitum, vulnuſq; recens, cito cum ſale claudit.
Si crudum fuerit ſumptum, levat ebrietatem.
Sic †venerem ſtimulat, ſic duram molliet alvum. †ventrem

DE NEPETA 12.

Herbā quam nepetam vulgari more vocamus. † Græce calaminthes.
Hanc medici † Græco calamentum nomine dicunt,
Sicca, calenſq; illi vis eſt, & tertius item
Eſt in vtroq; gradus, cum mulſa *ſicca tepenti * tuta.
Sumpta ſolet totum ſudore †reſolvere corpus. † revolvere.
Ex oleo quo ſit decocta fricando perunge
Illum, venturæ metuit qui frigora febris,
Non frigus tantum, ſed febrem ſæpe repellit.
Iſchiada ac ſi quis patitur, coxæ ſuperadde
Contritam viridem, fertur comburere pellem,
Et ſic humorem ſiccando, fugare dolores.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Appoſita, potuq; ſuo cito menſtrua purgat.
Eſt lepræ ſpecies Elephantiaſiſq; vocatur,
* Quæ **Quod cunctis morbis major ſic eſſe videtur,*
Vt major cunctis elephas animalibus extat.
Hunc inprincipio morbum potus calaminthi
Cum vino curat, humores extenuando.
Serpentum morſus ſuperaddita trita nocere
Non ſinit, & pellit cum vino ſumpta venena.
Potus, & injectus lumbricos enecat ejus
Succus, & in membris vermes necat omnibus ipſe.
Si mel jungatur huic cum ſale, plus operatur.
Si bibit hanc prægnans, ac tritam ſubdit, abortit:
Purgat & ictericos cum vino, curat anhelos,
Aſthmaticos medici quos Græco nomine dicunt,
Et jecoris morbos cum vino mitigat hauſta:
Hocq; modo veterem lateris juvat illa dolorem,
Atq; cicatrices nigras ſuperaddita trita,
naturalē colorem. *Hæc naturali reddit purgando colori.*
* decocta *Vino *de coctæ melius facit hoc cataplaſma.*
Compeſcit ſtomachi cum vino ſumpta dolorem.
Fumus de domibus ſerpentes effugat ejus.
Tollere ſingultum cum vino dicitur hauſta.
† cohibet *Hocq; modo venerem †prohibet potata frequenter.*

DE PVLEGIO. 13

FErvida Pulegii vis ſiccaq; dicitur eſſe,
Tertius à medicis datus eſt gradus huic in vtroq;

Sepius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Sæpius hanc pregnans ſi fœmina ſumit, abortit.
Menſtrua deducit cum vino ſumpta tepenti.
Hocq; modo tardas hæc extrahit herba ſecundas.
Hoc nomen quia non notum reor eſſe quibuſdam
Exponam tali quid nomine ſignificetur.
Vt nondum natus teſta circumdatur ovi
Pullus, ſic infans matris veſtitur in alvo
Quadam pellicula matris de ſemine facta.
Quam naſcens rumpit, quaſi teſtam pullulus ovi:
Iſtas pelliculas medici dixere ſecundas,
Quod mox *expoſitum, naturæ jure, †ſequantur. * Expoſitos.
Hæ ſi plus juſto, vitio cogente, morantur: † ſequatur
Aut mors ſubſequitur, dolor aut qui vix toleratur.
Iſtas pulegium prædicto more repellit,
Cum ſale contritam melli ſi junxeris illam,
Vnguine contractis potes hoc ſuccurrere *membris. * mortis
Illius pulvis ſumptus cum melle, vel hauſtus,
Pectoris humores viſcoſos extenuare,
Et per ſputa poteſt illos educere mire.
Nauſea, vel morſus ſtomachi curabitur illa
Cum poſca ſumpta, vel aceto quod ſit aquoſum.
Cum vino nigram choleram potata repellit
Sicq; venenatis ſerpentum morſibus obſtat.
Si per vim febris, nimiove fluore cruoris,
Aut aliquo caſu ſubito defecerit æger,
(Quod ſolet à doctis medicis malefactio dici.)
Pulegium *valido, tritum, jungatur aceto: * calido
Naribus ægroti ſic apponatur, odore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Solo confeſtim dicunt relevare jacentem.
Gingivas ſicci pulvis confirmat, & uſti
Appoſitum viridem dicunt ſedare podagram,
Et quoſuis alios ſolet emendare tumores.
* tepidæ permixta polentæ. *Si ſuperaddatur *tepida permixta polenta*
Addita cærotis, papulas de corpore tollit.
Spleneticis multum ſuperaddita cum ſale prodeſt:
Elixatura ſi quiſquam ſæpe tepenti
Illius abluitur pruritus non patietur.
† curare. *Et ſic matricis poterit †ſedare tumorem.*
Tuſcim compeſcit cum vino ſumpta tepenti.
Et ſic urinam compellit reddere largam.
Et magis, ex vino ſi ſit decoctio facta,
*mixtam *Aut oleo *mixto contritam ſi ſuperaddas.*
Si radix contrita acri jungatur aceto,
Sedabit quoſuis ſuperaddita ſæpe tumores.
Obſtat ſerpentum cum vino ſumpta venenis.
Et ſic aſſumptum venerem ſtimulare fatentur,
Sic quoq; pulmonis prodeſt jecoriſq; querelis
Et ſic nutrici ſumptum, lac præbet abundans.
Herba virens curat morſus cum melle caninos
Si ſuperaddatur & vino mixta bibatur.

DE FOENICVLO 14.

FOEniculum medici calidum, ſiccumq; ſecundo
Dicunt eſſe gradu, Græcus marathrũ vocat illud
* obſtat hæc. *Cum vino cunctis hæc *obviat herba venenis.*

HAC

Hac manſa ſerpens oculos caligine purgat
Indeq; compertum eſt, atq; experiendo probatum,
Illam luminibus, humanis poſſe mederi
*Radicum ſuccus oculis cum melle perunctis;

*Radicis ſuccus mixtus cum melle recenti.

Pulſa reddit eos omni caligine claros
Expreſſus viridi marathri de ſemine ſuccus,
Soleq; ſiccatus, magnum medicamen habetur;
Ad quoſcunq; voles oculorum pellere morbos.
Auribus infuſus vermes ſuccus necat ejus:
Renibus in ptiſana radix decocta medetur.
Cum vino fugat hydropicos potata tumores
Sicq; venenatis obſtabit morſibus illa.
Sic quoq; pulmonis, obſtat, jecoriſq; querelis,
Et ſic nutrici ſumpta fit copia lactis.
Cum vino vel aqua radicis coctio ſumpta,
Nephreticis & veſicæ morbis medicatur.
Vrinam purgat, & menſtrua ſumpta reſolvit;
Vel ſi trita ſuper †pectus hæc herba ligetur.

† pecten legendum

Nauſea cum vino ſumpta ſedabitur illa:
Fervorem ſtomachi cum lympha mitigat hauſta.
Radix illius, cum *vino cocta, dolores

* vino decocta.

Tomento curat patitur quos virga virilis,
Hoc quoq; ſi jungas oleo facit, hocq; perungas
Ictus, vel factos ſubito quoſcunq; tumores,
Apponas tritam, juncto ſedabit aceto.
Semen cum vino bibitum Veneris movet actus,
Hocq; modo lateris duros ſedare dolores
Dicunt, aut herbæ ſi ſit decoctio ſumpta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Tradunt auctores ejus juveneſcere guſtu
Serpentes, & ob hoc ſenibus prodeſſe putatur.

DE LACTVCA. 15.

FRigida lactucæ vis conſtat, & humida valde.
Vnde poteſt nimios hæc manſa levare calores
Et præſtabit idem, ſuperaddas ſi bene tritam.
Vtilis eſt ſtomacho, ſomnum dat, mollit & alvum:
Omnibus his prodeſt melius decocta comeſta.
Et ſtomacho potius non lota comeſta medetur.
Lactucæ ſemen compeſcit ſomnia vana,
Cum vino bibitum, fluxum quoq; reprimit alvi.
Lac dat abundanter nutrici ſumpta frequenter.
Vt quidam dicunt, oculis caligo creatur
His, quibus aſſidue fuerit cibus ejus in uſu.

DE ROSA. 16.

DIci flos florum nobis Roſa jure videtur,
Quod ſpecie cunctos præcedat odoreq; flores,
Non tamen hæc ſpecie tantum nec odore juvare
Nos valet, at variis nos adjuvat illa medelis.
Ejus ſicca gradu vis eſt & frigida primo.
Compeſcit ſacrum, ſi trita apponitur, ignem.
Sic quoq; ſi ſtomachus calet, aut præcordia ſedat.
Fluxum matricis cum vino ſtringet & alvi.
Illius ſuccum collyria plurima quærunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Et ſiccæ pulvis morbis bene ſubvenit oris.
*Injectus per ſe tantum, cum melleve mixtus. * infrictus.
Omnes fervores, ſuperaddita trita coercet
Ipſa recens, vel ſi mulſæ contrita bibatur:
Ex hac conficitur oleum roſeumq; vocatur,
Diverſis morbis, & multis utile cauſis.
Si bibitur, ventrem mollit ſtomachiq; calorem,
Extinguit nimium, bene ſi foveatur eodem,
Et dolor & fervor capitis curabitur illo,
Permiſcendo †ſibi ſi forte jugatur acetum, † illi
Ex purgat ſordes, vulnus repletq; profundum.
Et combuſturis præclare ſubvenit ignis.
Ore diu tentum, dentis ſedare dolorem
Dicitur & duras palpebras reddere molles. ☿ interiorum.
Aufert ſuppoſitum pruritus ☿interiores
†Hyſtericis variis ſolet hoc ſuccurrere cauſis. † Et ſtericis variis valet hoc ſuccurrere morbis.
Hoc oleum quoniam variatur conficiendo:
Dicam Palladius, ☾quod ſcripſerit inde peritus.
Quod rubeum fuerit foliorum ſumito floris, ☾ quid
Vncia ſic purgatorum mergatur *olivi * jungatur
In libra, vitreo ſic claudens omnia vaſe,
Sub Phœbo tantum ſeptem ſuſpende diebus:
Inde medelarum varios ſervetur ad vſus.

DE LILIIS. 17.

AVreolas, ut credo, roſas argentea debent
Lilia jure ſequi, quæ nec ſpecie, nec odore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Cedere creduntur, roſeo collata decori,
Nec minus in multis, hominum ſunt apta medelis,
Ejus radicis bulbus, qui lilia profert,
* coctus *Sub prunis *tectus, juncto quoq; tritus olivo,*
Prodeſt uſturis mire ſuperadditus ignis,
♀ duricias ſtericas. *Et melius roſeum ſibi ſi jungatur olivum*
♀ Duras matrices mollit, ſi ſubditur illud
† cataplaſmaq; factum. *Elixis ejus foliis, † cataplaſmate facto,*
Molleſcunt nervi, combuſtaq; membra ☿ juvabit.
Sicq; ☾ ſuperpoſitis, morſus curabitur anguis,
☿ juuantur *Aut ſi cum vino bulbus potabitur ejus:*
☾ ſuperpoſitus. *Sic quoq; fungorum vetat ille venena nocere.*
Hunc vino coctum, tritumq; pedum ſuperadde
Clavis, nec ſolvas, niſi cum lux tertia tranſit.
Pingui porcino ſi decoquis hunc, vel olivo,
Reddere poſſe pilos, membris narratur aduſtis.
Cum vino potum, nocuum purgare cruorem
Per ventrem dicunt, & ſic prodeſſe lieni.
* vulnus *Sicq; juvat *vulvas, ſic idem menſtrua purgat,*
Vel ſi cum vino veteri coctum ſuperaddas.
Præciſis nervis tritus cum melle medetur
Expreſſus ſuccus foliorum, mixtus aceto
Et melli coquitur ſic, mellis ſint & aceti
Vt geminæ partes, prædicti quinq; liquoris,
Ad deſiccandas magis eſt nihil utile plagas.
Inq; cicatrices ducit, licet inveteratas
Elixus bulbus & cerotis benemixtus,
Rugas diſtendit, vultus, maculas fugat omnes.

Lichenas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Lichenas purgat, faciem quoq; furfure mundat.
Exprimitur ſuccus, detritis floribus ejus,
Qui mollit vulvas, cum lana ſubditus illis.
Illitus aſſeritur ſudorem poſſe movere
*Turgida maturat, *pus concoquit, & cito purgat.* * primo

DE TYMBRA 18. ſive Satureja.

THymbra ſolet græce dici, ſatureja latine.
*Illi ſicca *minus vis eſt, ſed fervida valde.* * nimis
Provocat vrinam cum vino, & menſtrua ſumpta.
Pellit abortivum, muliebria viſcera purgat.
Illius pulvis cum cocto melle ſubactus,
Et manſus, vel cum vino ſi ſumitur idem,
Pectoris humorem pellit per ſputa tenacem.
Cum vino tepido compeſcit tormina ventris,
Si large bibitur: †verum jam ſæpe probavi. † vinum
Eſt quidam morbus, lethargus nomine dictus,
Oppoſitum medici quem dicunt eſſe Phreneſi,
Quod vetat hæc ſomnũ, ſomno gravat ille ſed ægrum,* * huc nimis ægrũ
Hoc tam lethali †ſomno depreſſus, aceto † morbi
Thymbram commiſcens, foveat caput inde frequenter,
Sic vitium pigri poterit depellere morbi.
Hanc herbam caveat mulier contingere prægnans:
*Nam non manſa modo, ſed * partum ſubdita pellit.* * ſeparatum
Nauſea ſedatur hac, ſi bene trita bibatur
Cum modico vino, vel ſi ſumatur in ovo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Hocq; modo mire venerem ſolet illa movere,
Si largo potu viridis vel ſicca bibatur.
Præcipiunt medici, quia vis eſt æqua duabus,
* ponere *Si deſit thymus, pro thymo *ſumere thymbram.*
Quod ſi cum vino mel jungitur & piper illi,
Non modicum veneris ſuccendere dicitur ignem.
† ſatyreja *Hinc eſt à Satyris, merito †ſatureja vocata,*
Quod ſint in venerem nimis hæc animalia prona.

DE SALVIA 19.

SAlvia cui nomen Eleliſphacus eſt apud Argos
Cum mulſa jecoris prodeſt potata querelis,
Pellit abortivum, lotiumq;, & menſtrua purgat:
* juvat et *Trita venenatos *curat ſuperaddita morſus.*
Crudis vulneribus, quæ multo ſanguine manant
Apponas tritam, dicunt retinere cruorem.
Cum vino ſuccus tepidus ſi ſumitur hujus,
† venerē *Compeſcit †veterem tuſſim, laterisq; dolorem.*
Pruritus vulvæ curat, virgæq; virilis,
Si foveas vino fuerit quo ſalvia cocta,
Illius ſucco crines nigreſcere dicunt,
* tepenti *Si ſint hoc uncti crebro ſub ſole *calenti.*

DE ENVLA. 20.

† vulgus *ENula quam †Græcus Helenon vocat, Hellniūq;*
Dicitur à medicis, eſt forma cognita cunctis.

Humida

Humida vis ejus, & fervida dicitur eſſe.
Humor habere gradum primum fervorq; ſecundum
Dicitur, illius decoctio menſtrua purgat:
Si bibitur, movet urinam, depellit abortum.
Dicitur hæc eadem ſtipatum ſolvere ventrem:
Radix trita fugat ſchiaſim ſuperaddita coxæ.
Ex ejus foliis cum vini nectare coctis,
Mire nephreticis prodeſt involvere renes,
Ejus radicis pulvis, cum melle voratus,
Tuſſim compeſcit, *hæmoptoicisq; medetur. * orthopnoicisq;
Cum ſucco rutæ ſi ſuccus ſumitur ejus
Affirmant ruptis quod proſit potio talis.

DE HYSOPO. 21.

EST hyſopum ſiccum calidum quoq;, tertius illi
Eſt in utroq; gradus: ejus decoctio facta,
Sic ut cocta ſimul ſint mel, ficus quoq; ſicca,
Prodeſt non*modice patientibus hauſta catharrum. * non modicum.
Subvenit & voci raucæ, verſata palato,
Et prodeſt cunctis pulmonis, ſumpta, querelis.
Lumbricos ventris eadem potata repellit.
†In pectus, capitis ſi diſtillatio fiat, † impetus
Quæ perſæpe ſolet *tuſſim phtiſimq; creare, * ſolene
Prodeſt hæc eadem decoctio ſumpta frequenter.
Omnibus his prodeſt pulvis cum melle jugatus,
Contrito viridi ſi jungitur oximel illi,
Sicq; datur bibitum, ſtipatum molliet alvum:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Cum vento nocuo, viſcoſum phlegma repellit. (* carthama.)
*Cardama ſi jungas his, †ſolvere fortius alvum. († ſolvas)
Potio ſi viridis, vel ſi ☾cui ſæpe bibatur, (☾ ſicci)
Vultibus eximium fertur præſtare colorem
Cum nitro & ficu ſicca ſi conteris ipſum,
Et *ſuper apponas ſpleni cataplaſma tumenti, (* ſuper ponas)
Hydropiciſve ſolet ſiccando repellere morbum.
Cum vino bibitum, præcordia tenſa relaxat.
Lædere quiq; ſolet tumor interiora, recedit.
In quo decoquitur, ſi dens foveatur aceto,
Fertur ab immodico cito ſæpe dolore levari;
Accenſi fumo ſonitus compeſcitur auris.
Elixum appoſitum *livores lympidat omnes. († humores)
Sic juvat Ictericos injectum naribus idem.
Auriculæ dicunt grandem curare dolorem,
Hoc mixtum roſeo ſi fuderis intus olivo.

DE PARATELLA. 22

Herba ſolet lapathi vulgo paratella vocari,
Illius ſpecies dicuntur quatuor eſſe.
Par tamen eſt ferme vis omnibus in medicina.
Omnibus eſt illis fervens auſteraq; virtus.
Vnde quidem ſtomachum confortat, ſumpta, ſoletq;
In ſtomacho clauſum per ructus pellere ventem.
Sumptaq; ſicut olus fertur reſtringere ventrem.
Pruritus mordax ſcabieſq; cutis laceratrix
Illius tepido cedunt apozimate fota.

In vino

In vino coctæ radices & bene tritæ.
Appoſitæ, ſcrophas compeſcunt, parotidaſq;.
Ejus ſæpe tepens ſi coctio gargarizetur,
Vvas ſedabit tumidas, dentiſq; dolorem.
Hæc diſentericos potu juvat & ciliacos.
Pellitur hac tepida dolor auris ſi foveatur.
Decoctas valido radices ejus aceto,
**Attritas ſpleni* †*ſuperaddite ſæpe tumenti.* *Et tutas † ſuper-addita.
Quemvis immodicum reprimit ſiccando tumorem.
Cum vino vel aqua radicum coctio facta
Menſtrua reſtringit potu, lapideſq; repellit.
Hæc eadem juvat Icterìcos ſuſpenſaq; collo
Illius radix ſcrophas naſci prohibebit.

DE LOLIO. 23.

FRumentis nocuam lolium Græcus vocat herbā,
Quam noſtri dicunt vulgari more nigellam.
Cancros emundat, paſcentia vulnera curat,
Cum raphano modicoq; ſalis, ſuper addita trita.
Zernas & lepras cura compeſcit eadem.
Sulphur cum vino, purgamentiſq; columbæ
**Admiſcens lolio, ſemen quod lilia præbent* *admiſce
His jungas, hæc cocta mero ſuperaddita ſcrophis.
Sic ſcrophas ſpargit, ſic apoſtemata rumpit.
Duricias alias emollit & hoc cataplaſma.
Mulſa decoctum commixto thure crocoq;
Apponas coxæ ſchiaſis quam vexat iniqua,

Partu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Parturiens mulier, ſi ſe ſubſumiget illa,
Aſſeritur citius ventris deponere pondus.

DE CICVTA. 24.

* Vis noſcitur eſſe cicutæ.

*FRigida lethiferæ vis eſt natura *cicutæ.*
Vnde necat gelidi potantes more veneni.
Qui perit hac herba, cutis ejus ſit maculoſa,
Publica poena reis hæc eſſe ſolebat Athenis.
Hac ſumpta magnus Socrates fuit exanimatus.
Qualiter hoc fiat non æſtimo dicere noſtrum:
Cum nil quod noceat, ſed quod juvat eſt referendum
Hac ſumpta quiſquis ſit morti proximus herba,
Forte merum tepidum bibat, evadetq; periclum.
Sed quamvis potu ſolet hæc aſſumpta nocere,
Magnifice tamen appoſita ſolet illa juvare.
**Vſtivas mire juvat epiphoras oculorum;*
Si frons contritis foliis ſit operta virentis,
Vel ſi ſint ejus circumlita lumina ſucco.
Hac quoq; pelluntur ſacer ignis, & herpeta cura;
Tradit Anaxilaus, ſi ſucco ſæpius ejus
Virgo lavat mammas, ſibi cum turgeſcere primum
Incipient, modicas ſemper, ſanteſq; manere,
Lac contrita virens mammis ſuperaddita ſiccat:
*Extinguit †venerem, fluxum quoq; *ſeminis omnem*
Si ☿pecten trita cataplaſmes ſæpius illa.
□Argenti ſpumas commiſces huic, adipemq;

* æſtiuas linat.

† tumorē
* foemini
☿ ſi pectns
□ argenti ſpumę cō miſces hanc adipiq;

Singula

Singula δcur memorē: nocuum quemcunq; calorem δ quid.
Appoſita trita poteris curare cicuta.

DE MENTA. 25.

Vim calidā, ſiccamq; gradu fert menta ſecundo:
Illius potu vis digeſtiva juvatur:
Confortat ſtomachum, vomitum quoq; detinet hauſta.
Lumbricoſq; modo depellere fertur eodem,
Diverſis morbis occurrit teſticulorum,
Si foveantur aqua, qua mentæ cocta ſit herba.
Concretum ſolvit lac mammis addita trita,
Iuſtillata fugat auris cum melle dolorem,
Aſperitas linguæ fugit illa ſæpe fricatæ:
Hauſtaq; cum ſapa partum ſolet accelerare.
Trita canis morſum, ſuperaddita cum ſale, curat.
Hæc Hæmopthoicis mixto ſuccurrit aceto.
Matrici ſuccus ſi ſubditur illius ante
Quam fiat coitus, mulier non concipit inde.
Caſeolos ſuccus putreſcere non ſinit ejus
Admixtus, vel ſi viridis ſuperadditur herba.

DE CEPIS. 26.

DE cepis medici, non conſentire videntur.
Namq; Dioſcorides inflare, caputq; gravare;
Atq; ſitim cepas dicit ſuccendere manſas:
*Fellitis non eſſe bonas dicit *Galienus* * ait ipſe Galenus.

Phlegmaticis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Phlegmaticis vere multum putat eſſe ſalubres
Non modicum ſanas Aſclepius aſſerit illas,
Præſertim ſtomacho, pulchrumq; creare colorem
Affirmat, quoties aliquis conſpexerit illas,
Et dicit quiſquis jejunia ſolverit iſtis
Vnaquaq; die, quod vivat hic abſq; dolore,
Affirmant omnes manſas inferre ſopores,
Et dicunt illas mollire ſalubriter alvum.
Appoſitas perhibent morſus curare caninos,
Si tritæ cum melle prius fuerint, vel aceto.
* tritas Apponunt alii, cum vino melleq; *coctas
Tranſactiſq; tribus ſolvunt cataplaſma diebus.
† tritum Sal, †rutam, cepæſq; Dioſcorides jubet, anguis
Morſibus apponi, ſic aſſerit ille juvari.
Fœmineo lacti commixtus ſuccus earum
Pellit ſæpe graves infuſus ab aure dolores.
Hic ſuccus commixtus aquæ bibituſq; juvabit
* morbus Illos quos ſubitus facit obmuteſcere *languor.
Naribus attractus harum tantummodo ſuccus
Humores nocuos capitis deponere cogit.
Manſæ vel potæ, tardantia menſtrua purgant:
Trituraſq; pedum ſoleæ quas vel caligarum
† earum Duriciæ faciunt ſucco ſanabis †eodem,
Cum gallinarum pingui ſi ſæpe perungas.
Mane ſibi dentes ſucco qui perfricet iſto,
Dicunt hunc dentis nunquam ſentire dolorem
Vlcera compeſcunt oris cum pane comeſtæ
Intingens oleo, coctas qui ſumpſerit illas,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Sedat quos intus dat dyſenteria *morſus *morbos
Contritis cepis loca denudata capillis
Sæpe fricans, poteris capitis reparare decorem.
Oris fœtori proſunt, faſtidia tollunt.
Haſq; jubent Hæmorrhoidis ſuperaddere tritas,
Illarum ſuccus caligine lumina purgat:
Admixtus melli maculas, quoq; junctus aceto,
Emendare ſolet, ſi ſint hoc ſæpe fricatæ.

DE SINAPI. 27.

INter eas quas Pythagoras laudaverat herbas,
Aſſeritur primam laudem tribuiſſe ſinapi.
Quartus ei gradus eſt in vi ſicca, calidaq;.
Extrahit humores viſcoſos, extenuatq;
Comburitq; cutem, vis illi eſt tanta caloris.
Major vis ejus in ſemine dicitur eſſe:
Senſus exacuit cibus ejus, commovet alvum,
Confringit lapides, vrinam & menſtrua purgat:
Si tritum jungas tepidæ, verſesq; palato
Ad ſolem, capitis purgabit phlegma nocivum.
Sternutamentis hoc admiſcere ſalubre eſt
Illo nam capitis ſtrictura reſolvitur omnis.
Manſum confortat ſtomachum, ſuſpiria ſedat.
Morſus ſerpentum, tritum ſi jungis (aceto, (acetum
Et ſuper *apponas, tali medicamine curas. * ſuper ponas
Manſum peſtiferos vetat †intima lædere fungos.
Vi nimium fervente cutem comburere dixi, † intus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Sed tamen eſt multis hæc utilis uſtio muſis. * ſudabitur.
Hac oculis nocuus capitis *ſiccabitur humor,
Et qui diſtillans pulmonis concava lædit,
Et ſtomachi morbos curat, tuſſimq; Phthiſimq;. † hac
†Ac per veſicas coxæ dolor inveteratus
Elicitur, ſchiaſim, quem Græco nomine dicunt
Hacq; tumor ſplenis durus jecoriſq; fugatur,
Et multis cauſis hæc ſubvenit inveteratis.
Vtile tot cauſis, quoniam cataplaſma ſinapis
Sæpius à medicis, variatur conficiendo,
Qualiter hoc fieri jubeat, dicam, Menemacus
In mortariolo tritum bene pone ſinapis
Semen, jungatur panis huic candida mica,
Sic ut tertia pars panis ſit juncta ſinapi,
His ficus ſiccas, & mel jungas&, acetum,
Ætatis quantum, vel morbi cauſa requiret.
Nam quo plus ficus ſiccæ, vel mellis habebit,
Ille ſinapiſmus, tanto ſolet acrior eſſe:
Debilior quo plus panis, mittes, & aceti.
Nec tibi ſit vilis moneo, confectio talis
Effectum cujus in multis ſæpe probavi,
Nec tamen hanc jubeo cunctis apponere morbis,
Sed raro, magnis & cauſis inveteratis.
Plinius in muſto cum ſemine præcipit hujus
Radices mergi, ſic poſtquam ſumpſerit omnem
* omnem *Harum vim vinum, multum putat eſſe ſalubre
Faucibus & ſtomacho potatum, luminibúſq;
Pluribus & capitis dicit, prodeſſe querelis:

Infu-

Infuſo faciunt oleum, de ſemine quidam,
Vtile lumborum vitiis, ſtupidis quoq; nervis:
Exprimitur ſuccus tenero de caule ſinapis,
*Quem mandens ſiccum, dentis tormenta fugabis. * Quod ſicco mandens.
Vocales venas ſemen lenire ſinapis
Manſum confirmant, adipi tundendo vetuſto
Commixtum, ſchrophas diſpergis ſi ſuperaddas.
Illius fumus multum prodeſſe caducis
Dicitur, atq; †uteri cauſas ſiccando juvare. † ſteræ
Cum fico tritum, capiti ſuperaddere raſo
His qui lethargum patiuntur, magna medela eſt,
Vel ſi ſæpe pedes ungendo fricabis eorum,
Semen contritum melli conjunge vel uncto,
Iſtud alopecias juvat unguen ſæpe fricando
Acri cum vino lepras emundat inunctam.
Hoc quoq; curatur manſo, periodica febris,
Antea quam*dicti fiat commotio morbi. * diri.

DE PASTINACA. 28.

EST paſtinacæ virtus in ſemine tanta
Et radice ſua, mulſa ſi decoquis ejus
Radices, multum decoctio proderit ejus.
Si potanda datur, ſplenis jecoriſq; querelis.
Lumborumq; *levat eadem potata dolorem. * juvat.
Has ſi lacte coquas, decoctio ſumpta juvabit
Aſthmaticos, quamvis veteres ventreſq; fluentes.
Radix illius, collo ſuſpenſa, tumores,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Vt quidam dicunt compeſcit teſticulorum,
Qui paſtinacam fert aut qui manderit illam,
Dicitur huic nullum ſerpentem poſſe nocere.
Accendit venerem, ſi large ſumitur illa,
Si circum ſcalpes dentes radicibus ejus
* juuari Dicunt ingenti perſæpe dolore *levari,
Ex vino paſtinacæ ſi ſperma bibatur,
Compeſcit diros, quos ſcorpius intulit, ictus.
Sic quoq; fœminei ventris curare tumorem
Dicunt quo mulier quaſi prægnans eſſe videtur;
†Appoſitum cancris totum. †Appoſitum tritum cancris cum melle medetur.
Quod paſtum tribuat eſt paſtinaca vocata,
Namq; cibum nullæ radices dant meliorem.

DE SERPILLO. 29.

Serpillum veteres dixerunt, quod quaſi ſerpat.
Terræ vicinum, huic fervida ſiccaq; vis eſt,
Acri cum vino coctum contundis olivo
* perlue. Cui roſa dat nomen: hoc unguine *perline frontem
Ægroti, capitis ſolet hoc ſedare dolorem.
Nidor combuſti ſerpentes effugat omnes,
Et quodvis animal profundens ore venenum.
Hoc ideo miſcere cibis meſſoribus eſt mos
Vt ſi forte ſopor feſſos depreſſerit illos,
Vermibus à nocuis tuti requieſcere poſſint.
Peſtiferos morſus, bibitum juvat, appoſitumq;.
Provocat urinam, compeſcit tormina ventris.

Splen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Splen juvat admixto ſi ſæpe *bibatur aceto. *ſumatur
Si mel prædictis jungatur, ſputa cruenta
Iactantem, mire potus ſolet ille juvare,
Hauſtum cum vino jecoris ſedare dolorem
Dicitur, hicq; ſolet producere menſtrua potus.

DE CHAEREFOLIO 30.

EST Chærefolio vis acris, & ignea valde,
Appoſitum cancris tritum cum melle medetur.
Cum vino bibitum lateris ſedare dolorem
Sæpe ſolet, tritam ſi nectas deſuper herbam.
Cum mulſa bibitum pituitæ noxia ſolvit;
Ex oleo coctum frigus depellit inunctum.
Si †tritum juncto violento ſolvis aceto, †mixto
Lumbricos tali potu, tineaſq; repellis,
Cum vino ciet urinas, & menſtrua purgat.
Virgine cum cæra, vetus huic axungia mixta,
Non modo parotidas, verum quoſcunq; tumores,
Curat vel reprimit, ſi ſæpius hæc ſuperaddas.
Intinctum valido ſi manducetur aceto,
Sæpe ſolet vomitum, ventremq; tenere ſolutum.
Si trito tegitur *pecten ſuccuſq; bibatur, *pectus
Vrinæ clauſos reſerat quoſcunq; meatus,
Illius elixatura vertigo fugatur,
Si caput hac tepida patientis ſæpe lavetur
Herbaq; temporibus & fronti cocta ligetur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

DE CORIANDRO 31.

Frigida vis herbæ coriandri dicitur eſſe,
Auſteræq; ſimul quiddam virtutis habere
Hancq; Galenus ait, per quam depellere ventre
Lumbricos tineaſq; ſolet, ſi trita bibatur
Cum vino, vel ſi mixto ſumatur aceto.
Vva cum paſſa coriandrum, melq; jugatur,
Sedabit varios, ſuperaddita trita tumores.
Præcipue teſtes tumidos juvat hoc medicamen.
Illius ſemen ventrem ſtipare ſolutum
Fertur, aquæ junctum fuerit ſi ſæpius hauſtum.
Argenti ſpumam ceruſſæ contere mixtam
His tritis, ſuccum coriandri junge, & acetum,
Quatuor his roſeum miſcendo jugabis olivum.
Iſta terendo ſimul, pretioſum conficis vnguen,
Quo ſacros ignes, pellas calidoſq; tumores.
Si tibi difficilis confectio tanta videtur,
Succus cum ſolo prodeſt commixtus aceto.
Aut ſi frumenti panis mundiſſima mica
Iungitur huic ſucco, ſedat quemcunq; calorem.
Huic ſucco ſi juncta fabæ ſit ſola farina,
Et ſuperaddatur ſcrophis, medicabitur illis.
Et cedet fervens emplaſtro puſtula tali
A multis ſcriptum legitur, febris ante tremorem
Si tria grana voret coriandri ſeminis æger,
Evadet febrem, cui dat lux tertia nomen.
Præſtat idem lectum coriandrum mane, priuſquam

Sol ſur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Sol ſurgat, cervicali ſi ſubditur ægri.
*Xenocrates *dixit totidem ceſſare diebus* * ſcripſit
Menſtrua, quot mulier coriandri grana vorabit.
Aſsiduum quidem condemnant illius uſum,
Nempe putant mortem, †magnumve parare dolorem. † quemvisve

DE TRIBVS GENEribus papaveris. 32.

Dicunt vim gelidam ſiccamq; papaveris eſſe
Tres illi tribuunt ſpecies; flos unius albus
Alterius roſeus, rubeus, pallenſq; minoris
Flos eſt: hanc vulgo dicunt agreſte papaver,
Cunctis nobilior, cui flos innaſcitur albus.
Ex hujus teneris opium faciunt capitellis
Inciſa leviter ſumma cute, lacq; quod inde
Defluit, excipiunt cochleis, ſiccumq; reſervant.
Antidotis multis aptum, variiſq; medelis.
Sunt qui contundunt cum lacte ſuo capitella,
De quibus expreſſum ſiccant in ſole liquorem,
Poſt primum ſuccus vires habet iſte ſecundas
De ſpecie vero roſeos quem gignere flores,
Dixi, conficiunt oleum de ſemine tunſo;
Non modicum guſtu jucundum, ſomniferumq;.
Tertia cui flos eſt rubeus, ſemenq; nigellum,
Præſtat, ſi bibitur reliquarum more; ſoporem.
Elixatura tepida, cujuſlibet harum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Æger ſi foveat faciem, vel ſi bibat illam,
Optatum capiet, niſi mors ſit proxima ſomnum.
Sperma nigri bibitum cum vino, ſtringere ventrem
*Dicitur, hocq; modo fluxus inhibet muliebres.
Somnum dat bibitum, tußim compeſcit iniquam.
Pondere denarii debent hæc ſemina ſumi
Nam plus lethargum, vel mortem ſæpius infert.
De foliis ejus tritis factum cataplaſma,
Eximie fauces dicunt curare tumentes.
Quoſq; vocant ſacros, extinguere dicitur ignes.
Frigore, vel cantu: potuve, cibove, vel æſtu,
Aſpera ſi fuerit vocalis reddita vena,
Appoſito tali fiet medicamine lenis.
Candida miconii ſpecies (ſic nempe vocari
Græcorum lingua dicunt quodcunq; papaver)
Longe nobilior eſt, vtiliorq; duabus.
Tum cum lacte fluunt capitella papaveris hujus,
Lecta coquantur aqua, cui pars ſit tertia mellis
Addita, cuncta coquas, donec decoctio ſpiſſa
Sit quaſi mel, varios ſic conſervetur ad uſus.
Sumpta facit ſomnum, tußim fugat, abſtinet alvum.
Vocalis venæ bene rheumatiſmata ſiccat:
Ejuſdem teneris opium factum capitellis,
Sicut jam docui, roſeo miſcebis olivo.
Vnge caput mixtis, ſedabitur hoc dolor omnis.
Et ſolet hoc unguen ſomni præſtare quietem.
Prædictiſq; croci miſce redolentia fila,
Auris curabis hoc infundendo dolorem.

* Dicitur hocq; modo menſes retinere valebit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Hoc quoq; fœmineocumlacte crocoq; ſubacto †Vngendo.
†Vnguento, calidam poteris ſedare podagram:
Ano ſuppoſitum ſolet hoc adducere ſomnum
Iſtud idem ſolo præſtare putatur odore.

DE VIOLIS. 33

NEc roſeus ſuperare decor, nec lilia poſſunt
Fragrantes violas ſpecie, non vi nec odore.
Dicitur humida vis illis, et frigida primo
Eſſe gradu, ſpecies tres eſſe leguntur, earum
Noſcere quas tantum, diuerſo flore valemus:
Nam ſunt purpurei flores, albiq;, nigriq;,
Cunctis pene pares ſunt in medicamine vires.
Inflammata juuant loca, tritas ſi ſuperaddas,
Crapula diſcutitur bibitis, capitisq; grauedo,
* Olfactu ſolo, vel ſi caput inde coronas. * Olfactū
† Gingivis potæ medicantur aqua reſolutæ. †Anginis
Purpuream dicunt violam curare caducos,
Præcipue pueros, ſi mixto ſumitur amne,
Radices violæ, cum mirrha tunde crocoq;,
Hæc inflammatis oculis apponito nocte.
Contritis foliis violæ cum melle perungens
Vlcera * curabis capitis ſi iungis acetum, * ſanabis
Et calaplaſma facis, cedit collectio quævis.
Illius curat elixatura tumorem
Matricis, tepida ſi ſæpe fouebitur illa.
Ani † ſciſſuras, quas appellant ragadias, †Ani fiſſuras

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Addita cærotis medicatur ſæpe perunctis.
* Iugata Puſtula ſi fuerit, melli ſuperadde* Iugata
Illius ſemen cum vino, menſtrua purgat.
† cum mixto Tritæ† commixto radices ejus aceto,
Splen ſiccant bibitæ, vel ſpleni ſi ſuperaddas.
Hocq; modo calidam dicunt ſedare podagram.
A ſtomacho choleram rubeam potata repellit,
* ſiccuſue Herba virens violæ, vel flos, * ſiccuſve, recenſve,
Morbos de cholera rubea vel ſanguine factos,
Mollibus in coſtis, aut in pulmonibus ipſis,
Sedat, ſi mixto potabitur amne recenti:
Infantum tuſſim ſic et ſuſpiria ſedat,
Ex violis oleum ſicut de flore roſarum
Conficiunt, multis quod dicunt utile cauſis.
Auribus in fuſum, ſonitum fugat atq; dolorem,
† calore Et capiti prodeſt, quocunq;† dolore laboret
Leniter in frigidans, corpusq; ſopore reſolvens.
* bibitum vel inunctum. Lumbricos necat in fuſum* bibitumve, vel unctum
Et capitis furfur oleo depellitur iſto.
Os capitis fuerit ictu ſi forte plicatum,
In tantum, ut linguæ patiens amiſerit uſum,
Fac prius hanc violam cum vino ſumere tritam,
Poſtea, ſi fuerit capitis pars dextera læſa.
Contritam plantæ pedis, hanc adnecte ſiniſtri.
Atq; econuerſo facias, ſi læva plicata eſt,
Os reſilit, linguæq; die redit uſus eadem:
Vt Iuſtus tradit medicus, qui talia ſcripſit.
Altera vis violæ fertur mirabilis eſſe,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Albæ ſi violæ radix teneatur in ore,
Et tranſglutitus ſuccus ſit ſæpius ejus,
Vulneris immodicum tradunt mox ſiſtere fluxum.
Hanc liquiritiæ tradit vim Plinius eſſe.* *glycyrrhizes

DE CENTAVREA 34

SVnt centaureæ ſpecies, majorq; minorq;,
Vt ſupra ſcriptis dixi de pluribus herbis,
Sed quia perpaucis ſpecies eſt cognita major.
Hanc prætermittens, vires narrabo minoris,
Quam notam cunctis credo vulgaribus ipſis.
Deſiccativæ virtutis† dicitur eſſe. †creditur
Non modicum plagas conglutinat inde recentes,
Inq; cicatrices veteres ſuperaddita ducit,
Illi qui ſchiaſin patitur decoctio mire
Prodeſt, illius ſi ſit ſubjecta per anum
Sanguine detracto ſedat mox illa dolorem.
Fomento nervis eadem medicabitur ægris.
Illius ſuccus deducit menſtrua ſumptus.
Pellit abortivum, medicamina cuncta maligna:
Cum vino ſumptum, dicunt purgare per alvum.
Melle ſibi juncto caligine lumina purgat.
Illius exprimitur autumni tempore ſuccus,
Quem deſiccatum ferventi ſole reponunt
Ad renum curam quam diximus ante ſalubrem. Ad tales curas quas diximus eſſe ſalubres.

DE

DE GAMANDREA. 35.

CHamedrys Græce quæ Gamandræa latine
Dicitur, hanc herbã calidam, ſiccamq; faten
Tertius eſt in vtroq; gradus, depellit abortum, (tur.
Si mixta potetur aqua, tuſsiq; medetur.
Et quaſſata iuuat ſi mixta bibatur aceto.
Splen ſiccat, purgat cum vino menſtrua ſumpta,
Hydropicis in principio, ſic ſumpta medetur.
Sic quoq; peſtiferis occurrit morſibus illa.
Cunctis prædictis prodeſt ſuperaddita trita.
Sordens purgabis vulnus licet inueteratum
Si cum melle teras, & tritam deſuper addas.
Chamedryos oculi ſucco cum melle peruncti
Dicuntur clari, dempta caligine, reddi
Si tritam miſces oleo, corpuſq; perungas,
† Pellit frigorem — Depellit frigus reuocabit & ipſa calorem.

DE ARISTOLOCHIA. 36.

ARiſtolochiæ ſpecies tres dicimus eſſe.
Longa prior, radix eſt cuius longa, vocatur.
Dicta rotunda ſequens, quod ſit radice rotunda.
Tertia clematis Græco ſermone vocatur.
Viribus hæc pene par dicitur eſſe rotundæ.
Omnes vim calidam, ſiccam q; leguntur habere.
In primo vis ſicca gradu, fervensq; ſecundo eſt.
Peſtiferos morſus cum vino ſumpta rotunda

Curat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Curat, & aſſumptis ſic prodeſt hauſta venenis.
Hocq; modo tardas educit ſumpta ſecundas.
Cum pipere & mirrha putredine curat* ab omni — * mundat
Poſt partum potata vteros† vel ſubdita tantum. — † ſteras
Aſthmaticis prodeſt, & pellit frigora ſumpta — & frigora ſumpta repellit
Vulnera cum mellis purgatq; repletq; liquore.
Pleureticos curat mixto ſi ſumitur amne.
Quodlibet infixum, ſuperaddita trita repellit:
Quod ſi prædictis Irin conjungis & inde
Vngas gingiuas, dentes putredine purgat.
Splenis duritiam ſoluit laterisq; dolorem
Si mixta potatur aqua, febreſq; malignas
Hoc potata modo fertur compeſcere mire.
Sic etiam ſpaſmis ſuperaddita ſubuenit hauſta;
Et ſedat duram, ſic ſæpius hauſta, podagram.
Et ventris nimium ſic mitigat illa dolorem.
Et *ſic fit ſumpta leuior paralyticus illa — * Sic quoq; fit
Dæmonium fumus depellere dicitur eius.
Infantes fumo dicunt† hoc exhilarari. — † tradunt
Fiſtula curatur huius radicibus herbæ,
Si bene purgatis eius loca concava farcis:
Singultus ſumpta ſedari dicitur illa.
Omnia longa poteſt, quæ dixi poſſe rotundam
Longa tamen vires habet illa debiliores.
Vnde quidem ſi defuerit quandoq; rotunda
Par pondus longæ ponatur, dimidiumq;,
Fomento longæ prodeſt decoctio mire
Matricum morbis, humores extenuando

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Pingues, et purgat, eadem ſi ſumitur, illas,
Plinius hanc, formare mares, cum cerne bovina
Appoſitam vuluæ, poſtquam conceperit, inquit.
Trita necat piſces, admixta calce rotunda.
Hanc ideo quidam terræ dixere venenum.

DE MARRVBIO. 37

MArrubium noſtri dixerunt: Praſion argi:
Hanc herbam medici, calidam ſiccamq; ſe-
Tradunt eſſe gradu, decoctio totius herbæ (cundo
Seminis aut ejus pthiſicos mire juvat hauſta
Pectoris hæc varios compeſcit potio morbos
Et melius prodeſt illi ſi jungitur iris.
Aſthmaticos ſic ſumpta juvat, tuſsimq; repellit,
Accelerat partus eadem, pellitq; ſecundas.
Si mel marrubio jungatur, vulnera purgat:
Hocq; modo curat, quæ rodunt ulcera carnem.
Dicitur hoc bibitum lateris ſedare dolorem.
Omnibus his ſuccus ſiccatus proderit ejus.
Illius ſuccus cum vino melleq; mixtus,
Prodeſt luminibus caligine debilitatis:
Sic juuat ictericos injectus naribus jdem,
Auriculæq; gravem dicunt curare dolorem,
Hunc mixtum roſeo ſi fundas intus olivo.
Vſum marrubij dicunt non eſſe ſalubrem
His qui veſicæ morbo, renumq; laborant.

DE ALTAEA. 38.

ALtæam maluæ ſpeciem nullus negat eſſe.
Altæamq; vocant illam, quod creſcant in altū
Hanc ipſam dicunt eviſcum quod quaſi viſco
Illius radix contacta madere videtur.
Agreſtisq; ſolet à multis malva vocari.
In mulſa coctus flos ejus vulnera purgat.
Vel ſi cum vino, tritum florem ſuperaddas.
Spargere ſic ſchrophas, anumq; juuare dolentem
Dicitur, hocq; modo conquaſſatis medicatur.
Elixata prius radix adipiq; terendo
Addita porcino therebintinæq;, tumores
Matricis curat, reliquoſq; *juvare dolores — * leuare
Dicitur, illius nervos ſic ipſa relaxat.
Rumpit vel ſpargit ſic apoſtemata dura.
Omnes has cauſas elixatura juuabit,
Si loca morborum foueantur, ſæpe tepenti
A dyſentericis radicum coctio ſumpta
Cum vino, fluxum ſtringens compeſcit eorum.
Et pellit tardas hæc coctio ſumpta ſecundas,
Et prodeſt hæmopthoicis, lapideſq; repellit,
Veſicæq; ſolet variis †occurrere cauſis. — † ſuccurrere
Acri cum vino contritum ſemen olivæ
Iungito, deformes maculas hoc unguine pelles.
Cum poſca potata poteſt obſtare venenis.
Elixata prius, cum melleq; trita replebit
Vulnera quæ cava ſunt, ſi ſit ſuperaddita ſæpe.

Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Sic quoq; duricias mollit, lenitq; rigores.
De coctis oleo foliis factum cataplaſma
Quoſuis peſtiferos morſus, combuſtaq; curat.

DE ANETHO. 39.

A Medicis calidum ſiccumq; refertur anethum
Et dicunt quod ſit gradus huic in utroq; ſecun(dus)
Lac dat abundanter eius decoctio ſumpta
Nutrici, ſtomachiq; ſolet depellere morbos
Tres cyathos eius tepide ſi ſumpſerit æger,
Indicio ructus ſit, qui demonſtrat apertum
Os ſtomachi, ventumq; per hoc exiſſe nocivum.
Atq; grauis tali ſedatur nauſea potu.
Prouocat vrinas obſtantia quæq; repellens.
Matricemq; iuuat, bene ſi foueatur eodem,
*Cum*tepida tritum, patiens ſi potet anethum*
Inteſtinorum curat, ventriſq; dolorem.
Hoc etiam potu digeſtio tarda iuuatur,
Vnde minor fieri vis egeſtiua videtur.
Aſſidue bibitum lædit viſum, & genitale
Claudit iter, ſiccans humorem ſeminis intus.
Vuam ſi nimio turgens humore grauetur,
*Suſpendit puluis combuſti ſeminis*huius*
Appoſitus digitis, aut intus cliſtere fuſus:
Acrior eſſe cinis radicum dicitur eius:
Rodit creſcentes cinis hic in vulnere carnes.
†Vlcera quæ ſerpunt & ſordida vulnera curat

*Cum tepido tritum patiens ſi potet aceto.

*eius

†vulnera.

Vlcera

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Vlcera præcipue membri curare virilis
Dicitur iſte cinis infuſus ſæpius illis:
Olfactu reprimit ſingultum ſemen anethi,
Aſſatum & feruens ſi ſæpius olfacit æger.
Dicunt feruores oculorum tollere poſſe
Ejus radices tritas prius appoſitasq;.
Apponas hæmorrhoidis ſi ſemen aneti
Vſtum, curat eas & condylomata ſoluit.
Flos oleo ſi decoquitur, medicabile reddit.
Illud præcipue natis de frigore cauſis
Prodeſt, & capitis compeſcit ſæpe dolorem:
Nervorum laxat tenſuras, frigora pellit.

DE CESTRO VEL Betonica. 40.

CEſtron Betonicam ſoliti ſunt dicere Græci: Betonicã ſoliti ſũt ceſtron dicere Græci
Vrinam potata ciet, lapidesq; repellit:
Fert hæmopthoicis, cum poſca ſumpta, juvamen:
Hydropicos ſiccat cum vino melleve ſumpta.
De folijs ejus tritis factum cataplaſma
Non modicum prodeſt oculis, quos læſerit ictus,
Illius ſuccus roſeo cum mixtus oliuo
Auribus infuſus varios fugat inde dolores.
Betonicæ pulvis cocto cum melle jugatus
Hemphecos, tuſſimq; juvat, ſuſpiria ſedat,
Et ſtomachi varios ſumptus juvat ille dolores:
Si febrit, ex calida cum vino, ſi febris abſit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Cum mulſa bibitus idem pulvis mouetalvum.
Cum ſale contritis foliis cataplaſmate facto
Vulnera curabis, fuerint quæ facta recenter:
Tritaq; fracturæ capitis hæc ſola medetur.
De foliis ejus elixis ſit catap!aſma,
Vtile non modicum variis vitiis oculorum.
Reſtingit lachrimas oculorum manſa vel hauſta:
Hac etiam caligo ſolet metuenda repelli,
Æquo cum ruta fuerit ſi pondere juncta,
Et ſic cum limpha ſumatur trita tepenti:
Sic oculis nocuus ſanguis per ſubteriora
Dicitur expelli, ſic lumina libera reddi.
Sumpta hac cum tepida, purgatur vomica dira.
Splen juuat illius decoctio ſumpta jecurq;.
Vncia betonicæ ſocianda quaterna vetuſti
Cum vini cyathis tribus atq; his addito grana
Viginti ſeptem piperis: ſimul hæc bene trita,
Hauſtaq; purgabunt renes, pellentq; dolores.
Pectoris & morbi potu curantur eodem.
Vncia cum cyathis calidæ potata duobus,
Dicitur immodicum ventris ſedare dolorem;
Hæc tuſſim cum melle fugat ventremquoq; mollit.
Vnaquaq; die febre ſi vexabitur æger,
Vncia jungatur plantaginis vna, duabus
Betonicæ, ſic cum tepida contrita bibantur,
Antea quam febris prænuncia frigora ſiant.
Vncia betonicæ calidæ cyatho reſoluta,
Prodeſt hydropicis, ſi ſit potata frequenter.

Radicum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Radicum dare cum paſſo mulſoue bibendas
Præcipue phlegma vomitu purgabitur iſto
Cum mulſa bibitus, prodeſt puluis foliorum
Ruptis,*atq; vteros potus leuatiſte calentes. *atq; ſteras
Cum vino ſumptus obſtat potata venenis,
Præcipue ſemen: quod ſi deſit, datur herba.
Vncia betonicæ cum vino ſumpta tepenti
Ictericos curat, cum mulſa, menſtrua purgat:
Pondere vero fabæ puluis cum melle voratus
Poſt cœnam, ſtomachum iuuat, ut bene digerat eſcam.
Si de betonica viridi ſit facta corona
Circa ſerpentes, ut Plinius aſſerit auctor:
Audebunt nunquam poſitam tranſire coronam,
Sed morſu proprio pereunt & verbere caudæ.
Omnibus antidotis † Menemachus eam ſociari † Meniacus
Præcipit, ut ſtomacho magis herbis omnibus aptam,
Plinius, hanc, inquit, qui ſecum geſſerit herbam
A nullo poterit nocuo medicamine lædi.
Et dicit quod ea cum vino ſæpius hauſta
Plum beus abſcedat color et melior reuocetur

DE CHAMAEMELO 41.

ANthemidẽ magnis commendat laudibus auctor
Aſclepius: quam camiolã nos vel camomillam
Dicimus: hæc multum redolens eſt et breuis herba
Herbæ tam ſimilis, quam iuſto nomine vulgus
Dicit amariſcam, quod fœteat & ſit amara,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Vt collata ſibi vix diſcernatur odore.
Auctores dicunt ſpecies tres illius eſſe:
Quas ſolo florum diſtingui poſſe colore
Tradunt, eſt cunctis medicus flos aureus illis:
Sed variis filis flos circumcingitur ille
Albi vel nigri ſunt purpureiue coloris.
*Dicitur Anthemion *leucanthemion
Dicitur* Anthemis proprie cujus foliorum
Purpureus color eſt, maiorq; & fortior hæc eſt:
At * leucanthemon folijs deprenditur albis:
Melinis chryſanthemon: vis omnibus illis
Sicca calensq; gradu primo conceditur eſſe.
Prouocat vrinam cum vino quælibet hauſta:
Veſicæ frangit lapides & menſtrua purgat,
Si foueatur aqua matrix qua cocta ſit herba,
Aut ſi cum vino potetur ſæpius illa,
Tormina ſic ſedat, ſtomachiq; inflatio potu
Pelletur tali: ſquamas de vultibus aufert,
Si tritam apponas ſolam melliue jugatam.
Ictericis prodeſt ejus decoctio ſumpta:
Et mire prodeſt iecoris potata querelis.
Et † mire jecoris medicatur ſumpta querelis.
Pellere cum vino potata refertur abortum.
Hac oleo cocta foueas ſi febricitantem,
Frigus depelles, febrem quoq; ſæpe fugabis.
Vnguine purgantur hypochondria turgida tali,
Peſtiferos morſus ſerpentum pondere drachmæ
† herba iſthæc
Cum vino prohibet † anthemis ſumpta nocere:
Plinius affirmat, hanc quadraginta diebus,
Vnaquaq; die bis, ſumptam pondere drachmæ,

Cu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Cum geminis cyathis vini ſubtilis & albi,
Cum lotio ſenſim totum purgare lienem.
Ægilopas curat, ſi quis commaſticet illam,
Et ſic apponat, ſic ſordida vulnera purgat.
Ebullire caput febris feruore grauatum
Sæpe ſolet, vel collectis humoribus inſe
Vlcera producit, vocat exanthemata Græcus:
Hæc decocta virens oleo camomilla repellit.
Quod ſi defuerit viridis, maceretur aceto,
Et caput inde lavet, nullum magis adjuuat vnguen.

DE ACIDVLA. 42.

Dicimus Acidulã, quam Græcus dicit* Aizon, * aizoon
Sic dici credunt, ſapor illi quod ſit aceti:
Creſcit arenoſis inpratis, & ſecus amnes.
Hanc auide quidam comedunt in tempore veris,
Expertumq; ferunt ſibi quod faſtidia tollat.
Virtus eſt illi ſiccans & frigida valde:
Tertius à medicis datus eſt gradus huic in vtroq;
Hac fugit appoſita ſacer ignis & herpeta mordax:
Et tumor ex oculis tritæ cataplaſmate cedit: † trita
Vlcera quæ ſerpunt cohibet, combuſtaq; curat:
Et multum calidæ dicunt prodeſſe podagræ,
Si fuerit foliis illius operta virentis.
Aut cataplaſmetur mixta contrita polenta.
Ejus cum roſeo ſuccus permixtus oliuo,
Dicitur antiquo capitis prodeſſe dolori,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

* Græca. *Qui dolor eſt linguæ dictus Cephalalgia * Græca*
Omne genus fluxus ventris reſtringere mire
Cumvino potata ſolet velmanſa frequenter.
Hocq; modo nimium manantia menſtrua ſiſtit:
Velſi matrici tritam viridemſuperaddas,
Sic quoq; lumbricos pellit potata rotundos.
† potata. *Taliter & cunctis prodeſt hæc † herba venenis.*
Exhilarat viſus illius ſuccus inunctus.
Cum vino varijs obſtat potata venenis,
Affirmant, iſtam qui ſecum geſſerit herbam,
* Quod hunc non appetat. *Quod * non appetat hunc lethali ſcorpius ictu.*
Auribus expreſſus ſi ſuccus funditur ejus,
Adiuuat auditum, mire pellitq; dolorem.
Altera vero minor ſpecies eſt iſtius herbæ,
Quam ſempervivam dicunt, quoniam viret omni
Tempore, barba Iovis vulgari more vocatur.
Eſſe refert ſimilem prædictæ Plinius iſtam:
Nec minus omnibus hanc prædictis poſſe juvare.
† Mane. Phlegmatis *† Sane ſolent adeo palpebræ glutine quodam*
Flegmatis aſtringi, valeant vt vixaperiri.
Has mire ſuccus herbæ deglutinat huius,
Illo ſi tactæ fuerint, digitove perunctæ.

DE PORTVLACA 43.

ANdrachne Græce quæ portulaca latine
Dicitur, hæc vulgi pes pulli more vocatur.
Humida viseius, & frigida dicitur eſſe.

Tertius

Tertius humoris, frigdoris vero ſecundus
Huic gradus eſt, nec non ſtomacho vtilis eſſe putatur.
Vnde juvat febrem quam dicit Græcia cauſon
Trita ſuper ſtomachum viridis ſi ponitur herba,
Præſtat idem ſuccus ſi ſumitur, herbaq; manſa
Aut vt olus accepta ſolet lenire calorem.
Manſa vel hauſta poteſt nimium reſtringere fluxum,
Sanguinis, & ventris, nocuum cohibere fluorem:
Eſſe vetat dentes quibus eſt contrita ſtupentes.
Et tumidis oculis prodeſt ſuperaddita trita.
Fervorem ſolis æſtate comeſta nocere
Non ſinit, & ventrem cum vino & cum ſale mollit:
Veſicæq; ſolet ſedare comeſta dolores
Eſt hæmopthoicis hæc ſæpe comeſta ſalubris.
Acidulæ ſimiles huic pene per omnia vires.
Effectusq; pares teſtatur Plinius eſſe.

DE LIGVSTICO. 44.

A Ligurum patria ſumpſere liguſtica nomen,
Copia quod maior ibi naſcitur illius herbæ.
Tertius huic gradus eſt ſicci calidiq; vigoris.
*Maior radicis vis eſt, & ſeminis huius** *Eius.
Et par vis illis eſt in medicamine quovis,
Et tali potu vis digeſtiva juvatur.
Inflato ſtomacho cum vino ſumpta medetur.
Omnibus & morbis ſic prodeſt interiorum.
Vrinam ſic ſumpta movet, & menſtra purgat.

Tota

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Tota venenatis medicatur morſibus herba,
Si bibitur bene trita prius vinoq; ſoluta,
Et pars contritæ ponatur deſuper herbæ.
Non modicum colicis prodeſt hæc manſa vel hauſta.
Vel ſi radicis elixatura bibatur.
Nec ſolum colicis decoctio proderit iſta;
Sed ſupradictis medicabitur omnibus hauſta.
Digeſtibilibus ſemen bene jungitur ejus
Omnibus antidotis, quod in eſt huic peptica virtus.
Hanc oculis Strabus potuq; & odore nocivam
Aſſerit; antidotis ejus tantummodo ſemen
Miſceri iußit, hoc vtrum dixerit a ſe,
Aut a doctorum libris, non eſt mihi notum:
Hoc ſcio, quod veteres non parvis laudibus iſtam
Attollunt herbam, nec me legiſſe recordor
Vllum, qui Strabi ſermonibus aſtipuletur.

Strabi Scripta ex 12 cap: ſui hortuli liber impreſſus apponit.

Inter odoratam memorare liguſtica ſylvam
Fortia, ſuadet amor parvi diffuſior horti.
Hoc germen ſucco quam vis & odore, gemellis
Orbibus officere, & tenebras inferre putetur:
Semina ſæpe tamen quæſitis addere curis
Parva ſolent, famamq; aliena laude mereri.

DE OSTRVCIO. 45.

Strutio

STruthion oſtrutium, quod vulgi more vocatur,
Vim calidam ſiccamq; tenet, radix fugat ejus
Cum vino morbos jecoris, ſi trita bibatur.
Ictericos ſic ſumpta juvat, ſplenisq; tumorem
Durum, quem Græci † ſchlyroſin dixere repellit. † ſcirrhum
Hocq; modo lapides veſicæ frangere dicunt.
Menſtrua ſic lotiumq; movet, tuſſiq; medetur.
Sic [a] hæmopthoicis prodeſt ſi ſæpe bibatur, [a] orthopnoicis.
Subdita matrici depellere fertur abortum.
Et ſic tarda nimis educere menſtrua tradunt,
Acri cum vino ſi jungitur atq; polenta,
Illius ſuccus lepras [b] emundat inunctus: [b] emēdat
Hoc etiam ſucco juncto cum polline, quem dant
Hordea, curatur, vt dicunt, puſtula quævis:
Si ſuper addideris emplaſtri more dolori.
Illius ſuccus cum melle terendo jugatus
Humores capitis purgat, ſi nare trahatur.
Sternutamentum per ſe pulvis movet ejus
Naribus iniectus, veratro non ſegnius albo:
Ictericis ſuccus mire medicabitur ejus,
Hunc ſi nare trahant lacti [c] mixtum mulieris [c] mixtū muliebri

DE ATRIPLICE. 46.

INfrigdare gradu primo, humectare ſecundo
Atriplicem dicunt: ejus mollit cibus alvum,
Duritias ſolvit varias, clavisq; medetur,
Emplaſtrum crudæ vel coctæ ſi ſuperaddas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Hocq; ſuperpoſitum, ſcabros cito detrahet vngues.
Ignibus & ſacris dicunt ſic poſſe mederi.
Atriplicem tritam, cum nitro melle & aceto,
Dicunt appoſitam calidam ſedare podagram
* dicitq; Galenus, Ictericum * dicit Galienus, tollere morbum
Illius ſemen cum vino ſæpius hauſtum.

DE BVGLOSSA. 47.

† Græca lingua Lingua bouis Graio † ſermone bugloſſa vocatur:
Hæc choleram rubeam nimio fervore peruſtam
Purgat cum vino, fuerit ſi ſumpta frequenter,
Cardiacam choleræ quem fecit copia nigræ,
Conſimili potata modo curare valebit.
Humores nocuos pulmonis detrahit hauſta:
Mixtus aquæ tepidæ ſi ſuccus ſumitur ejus,
Illi qui patitur ſchiaſim mire medicatur:
Vim memorem cerebri dicunt ſervare periti
Vinum potatum, quo ſit macerata bugloſſa.
Lætos convivas decoctio dicitur ejus
Reddere, ſi fuerit inter convivia ſparſa.

DE CAVLE. 48.

Caulis Romana, Græcorum braſſica lingua
Dicitur, hic quamvis paſſim naſcatur in hortis:
Eſt tamen illius ad multa ſalutifer vſus.
Annis ſexcentis vſos medicamine caulis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Romanos Cato teſtatur,medicina priuſquam
A medicis Romæ deſcripta fuiſſet in vſu.
Tunc hortus eſcas illis dedit & medicinas.
Vulnera non tantum curare recentia caulem
Ipſemet affirmat, ſed quamvis inveterata:
Et cancros etiam, loca ſed prius amne lavari
Præcipit,aut vino tepido,ſic deniq; crudum
Vnaquaq; die bis tritum apponere caulem.
Hordea quam dederint cauli miſcere farinam
Idem præcepit*rutam quoq; cum coriandro * tritam
Et ſale permodico, ſic omnia mixta terendo
Apponi diræ docuit cataplaſma podagræ.
Hoc etiam morbis medicabitur articulorum:
Hæc quoq; ſyringas ait elixata juvare:
Atq; ſuperpoſitum varios ſedare f dolores: f tumores
Illius vrinam, fuerit qui caulibus vſus,
Cauſis nervorum, calefactam cenſuit aptam,
Hac ex vrina pueri ſi ſæpe lavantur
Aſſerit illorum multum conferre ſaluti.
Hæc narrat de Caule Cato: ſcripſiſſe libellum
Chryſippum dicunt huius de viribus herbæ.
Omnes confirmant caligine lumina tergi
Ejus,qui viridi veſcetur caule frequenter:
Auget lac mammis cibus ejus, menſtrua purgat,
Atq; juvat ſtomachum, ſumptas vt concoquat eſcas,
Si multum coquitur, reſtringere dicitur alvum.
At ſemicrudus ſolet illum ſolvere ſumptus:
Ac ſumptus crudus ſic vt tingatur aceto

Splen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Splen reprimit tumidum, ſemen depellit abortum:
Vino cum veteri coctos bene contere caules,
His oleum roſeum quantum res poſtulat, addes:
Ardores nimios juvat hæc confectio febris,
g ſuper addatur. *Si ſupponatur* g *ſtomacho, membrove calenti.*
Acri non ſciſſum ſi mergis alumen aceto,
Et caules, ſic vt corpus redigantur in vnum,
h Cuncta *Iuncta* h *terendo diu potes his compeſcere lepras*
Et plures alias maculas his ſæpe perungens.
His etiam poteris crines retinere fluentes:
Dicitur & teſtes iſtud curare tumentes:
Et varios morbos, genitalia quos patiuntur:
Et melius, ſi prædictis faba cocta jugatur.
Cum fœno Græco ſi tundas hunc & aceto,
* articulorum *Et ſuper * Artheticos apponas iſta dolores,*
Multum ſubveniet illis, vitijsq; Podagræ
Non modicum poterit iſtud cataplaſma mederi.
Vino cum veteri caulis cineres bene triti,
Proſunt ad veteres lateris coxæq; dolores,
* Sit. *Sed * licet hæc vilis, tamen eſt medicina ſalubris.*
Si caulis ſemen mixto potatur aceto,
Pellere ſæpe ſolet animalia noxia ventris:
Fit cinis ex ſiccis caulis radicibus vſtis:
Subditus hic uvam relevat ſiccando jacentem.
Dentibus attriti ſuccum glutire virentis,
Affirmant raucæ multum ſuccurrere voci.
Naribus infuſus ſuccus purgat caput ejus.
Qui prius eſt caules, vix ſentiet ebrietatem:

Evulſam

Evulſam caulis radicem, poſtea terram
Quæ non attigerit, collo, Melicius inquit,
Suſpenſam, varios mire depellere morbos.

DE ORIGANO. 49.

ORigani vires calidæ ſiccæq; leguntur.
Tertius huic in vtroq; gradus conceditur eſſe.
Illius in vino curat decoctio ſumpta
Quoſuis peſtiferos morſus, ſi ſæpe bibatur:
Cum mulſa ſumpta † prodeſt aconita bibenti. † ſumptis
Sic multis alijs dicunt obſtare venenis:
Conquaſſata juvat manſum, vel ſæpius hauſtum.
Hydropicos reprimit bibitum, ſiccatq; tumores:
Cum mulſa bibitum choleram deponere nigram
Dicunt, oxybaphi fuerit ſi pondere ſumptum:
Menſtrua deducit bibitum, vel ſi ſuperaddas
Fritum, vel cocta mulier ſi ſe fovet herba.
Illius pulvis tuſſim cum melle repellit.
Pruritus, acoras, maculasq; cutis fugat omnes,
In quo decoquitur ſi ſæpius amne laventur.
In lavacro juvat ictericos hæc coctio ſumpta.
Succus prædictæ viridis ſi ſumitur herbæ,
Vuas & fauces curat ſiccando tumentes.
Oris vulneribus medicabitur ore retentus:
Naribus infuſus irino mixtus olivo,
Inviſum † i capiti coget manare cruorem. * infuſum
Auribus infuſus ſedat cum lacte dolorem.

His

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

*rhuſſy-riacus Hic ſuccus mixtus cepis & * roſyriaco
Ponitur ad ſolem, tunc quando ſyrius ardet,
Sicq; quater denis ſervebit in ære diebus:
Si ſupponatur lecto confectio talis
Effugat, vt dicunt, animalia cuncta nociva:
His quibus ex aliquo vitio digeſtio tarda
Evenit, ex vino prodeſt ſi ſumitur alvo.
Cum calida morſus ſtomchi lenire probatur.
Illius ſuccos oleo mixtos & aceto
Succida lana bibat & ſic ſuperaddita membris
Luxatis & contuſis multum juvat illa.
† reijcit haustum Provocat vrinam lumbricos proijcit † hauſta
Dente diu tritum ſolet inde fugare dolorem.
Omnia potatus ſuccus juvat interiora:
Ejus cum ſucco ſi carica trita bibatur
Sudorem poris producere fertur apertis
Appoſitus coxis ſuccus cum polline farris
Harum ſæpe gravem pellit reprimitve dolorem.

De Iride.

DE IRI VEL ILLYrica. 50.

IRi dat florum nomen color ipſe ſuorum:
Cœleſtis ſimiles ſunt nempe coloribus jris.
Illyricam dicunt illam, quia plurima naſci
Fertur in Illyria: vis ejus ſicca calensq;
Dicitur, atq; gradum dant huic in vtroq; ſecundum:

Maior

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Maior vis hujus eſt in radicibus ejus
Has deſiccandas per fruſta rotunda ſecatas
Sic vt ſe partes non tangant inſere filo:
Inq; loco ſicco fac ſuſpendantur in vmbra,
Vix aliter totum poteris k ſervare per annum. k ſiccare
Cum vino ſedant tuſsim, præbentq; ſoporem.
Si latitans intus ſanies præcordia lædit,
Pellitur illarum cum vino pulvere ſumpto:
Cum mulſa bibitus choleram depellit iniquam,
Tormina commixto bibitus ſedabit aceto:
Hocq; modo ſumptis dicunt prodeſſe venenis.
Spleni contractis & quovis frigore læſis,
Cum vino bibitus pulvis medicabitur ejus,
Hocq; modo ſumptus tardantia menſtrua purgat,
Duritias vteri radicum coctio mollit,
Si ſubtus tepida foveantur ſæpius illa
Hæc cum clyſterio ſi ſit ſubiecta per anum,
Non modicum iſchiadis dicunt prodeſſe dolori,
De radicibus his mixto collyria melle
Fiunt, quæ vulvæ pellunt ſubiecta ſecundas.
Inq; locis hæc fixa cavis ſyringia curant.
Commixtus melli deſiccat vulnera pulvis,
Carneq; nuda replet, ſi ſit ſuperadditus, oſſa.
Pulveris hellebori pars tertia iungitur albi
Iris radicum tenui cum pulvere duplo:
Pulvis vterq; ſimul commixto melle ligatus
Hoc ſuperappoſitum purgat caligine * vultum *lentigine
Et papulas ejus iſtud cataplaſma repellit.

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

DE VVLGAGINE. 51.

Eſt aſarum Græce dictum vulgago latine,
Hæc calidæ & ſiccæ virtutis dicitur eſſe
Tertius eſt illi gradus, vt dicunt, in vtroq;:
Provocat vrinam potataq; menſtrua purgat.
Hocq; modo jecoris medicatur ſumpta dolori (quētet
* iſchiadē Hydropicos juvat & ſchiaſim fugat hauſta fre-)
Et vuluæ morbis decoctio ſubvenit ejus.
Dicitur ictericum potata repellere morbum:
Helleboriq; modo vomitu præcordia purgat:
Sed non eſt hujus purgatio tam violenta.
* Nec * Hæc metuenda quidem ſi fiat taliter illa.
Ætatem & vires ejus circumſpice primum,
Quem purgare voles, & tempus quale ſit anni,
Et ſi ſit regio fervens vel frigida valde:
Aut ſi temperiem mediam tenet inter vtramq;.
Nam ſenibus puerisq; parum donare licebit:
Ætatis mediæ plus his juvenesq; requirunt:
Pinguibus & validis plus dandum, quam macilentis
Debilibusq; viris: magis in gelida regione
Dandum, quam calida, duris quocunq; labore
Plus dabis, hisq; minus quos reddunt otia molles.
Hæc circumſpiciens & cœtera talia tractans
Non ſolum tutus dabis hanc; ſed quaſlibet herbas,
Quæ purgāt vomitu ſtomachum ventremq; reſolvunt.
Sed quia de cunctis dixi communiter herbis:
Quo ſit danda modo proprie vulgago docebo:

D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

De folijs ejus triginta recentia tollens,
Adde meri tantum, quo poſsint cuncta recondi.
Tota nocte mero facias macerentur in illo,
*Mane * teres vino, quo ſunt macerata, reſolve,* * terens
Tunc holus, excoctum cum pingui carne recenti
Porcina prius, ægroto da ſufficienter,
Et ſumat vini, quantum vult, fortis & albi,
Sic aſari ſuccum colatum trade bibendum,
Fortibus & magnis hic eſt numerus foliorum
Sufficiens, reliquis, ut diximus, eſt minuendus,
*Iuxta quod vires, * ætas, & cætera poſcunt.* * æſtas.

DE CYPERO 52.

Vim cypero medici calidam ſiccamq; ſecundo
Dicunt eſſe gradu, potu depellitur ejus
Calculus, vrinæ purgat laxatq; meatus.
Dicit Apollodorus quod pellere poſsit abortum,
Si mulier foveatur aqua qua coxerit illum.
*Aſſerit hic idem conſumi * poſſe lienem* * conſumere.
Illius fumo, ſi ſæpius ore trahatur.
Si ſe ſanus homo fumo ſubfumigat illo,
Dicit eum fieri firmum magis & leviorem.
*Subvenit * alarum vitijs admixtus olivo:* * illarum
Succus ſic vitium fugat intertriginis vnctum:
Humores nimios † deſiccat ſæpius hauſtus † depellit.
Illius ſolus pulvis, mellive jugatus
Vlcera mirifice, vel vulnera putrida purgat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Præcipue pulvis hic ulceribus valet oris.
Si bibitur ſtomachum confortat debilitatum.
Hydropicis multum ſuccurrit ſæpius hauſtum,
Atq; per urinas humores purgat aquoſos.
Contrito validum cypero ſi jungis acetum,
Vlcera quæ ſerpunt cohibes medicamine tali,

DE PAEONIA. 53.

PÆoniam medici calidam ſiccamq; fatentur,
Hancq; tenere gradum dicunt in utroq; ſecundū.
Splen jecur & renes cum mulſa ſumpta juvabit,
Si jungatur ei violenter amigdala trita,
Menſtrua ſic purgat, & fluxum detinet alui,
Illius in vino decoctio ſæpius hauſta,
* durat. *Veſicæ * diros ſedat ſic ſumpta dolores.*
Et ſcleroſin ſic illa juvat, ſtomachiq; dolorem.
Nephreticos eadem multum juvat ictericoſq;,
Calculus infantum potu depellitur ejus,
† inſomnia. *Præſſuras inferre ſolent quas † ſomnia nocte,*
Pæoniæ ſemen bibitur ſi ſæpius, arcet.
Illius radix pueris ſuſpenſa caducis,
* velut aſſerit ipſe Galenus. *Non modicum prodeſt,* Galienus ut aſſerit auctor*
Quondam ſe puerum narrat vidiſſe caducum,
Ætas cujus erat annorum circiter octo:
Pæoniæ puer hic radicem ferre ſolebat
Appenſam collo, quadam vice decidit illa,
Moxq; puer cecidit: ſolito qua more ligata,

Proti-

Protinus evaſit: rem vero probare Galenus
Hanc plene cupiens, radicem denuo dempſit
De collo pueri, cecidit, viguitq; reſumpta.
Cognita vis herbæ fuit hujus ſic manifeſte.
Ipſe Dioſcorides cunctis ait eſſe caducis
Aptam ſi bibitur, vel ſi ſuſpenditur illa.
Seminis illius ter quinq; rubentia grana
Cum vino fluxum matricis ſumpta cohercent.
Nigra ſolent varios matricum pellere morbos,
Si totidem dantur cum vino nocte bibenda.
Hujus ſunt geminæ ſpecies, mas dicitur una,
Altera, quæ minor eſt ſpecies, eſt fœmina dicta.
Radix majoris eſt palmis longa duobus,
Groſſaq; ceu digitus: radix diviſa minoris Craſſa
Dicitur in plures radices, hæc bene purgat
*Poſt partum potata * uteros vino ſociata.* * ſteras.
In cunctis ſimilis reliquis vis dicitur illis.

DE BORAGINE. 54.

HErbam, quam Græci dixerunt meliſophyllon,
Boragam noſtri dicunt vulgariter illam.
Præ cunctis apibus gratiſſima dicitur herbis:
Nec gaudere magis ullius flore videntur.
Contritis folijs apium ſi vaſa perungas,
*Non fugiunt * meliuſq; facis, ſi lac ſibi jungas* *In expreſſo inſertus eſt hic verſus.
Viguine cultores retinent examina tali.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Auxilium præſens apium fert ictibus illa,
Ictus detrita tegitur ſi protinus herba.
Hocq; modo, queis veſpa nocet vel aranea curat,
Trita ſolet veteres compeſcere cum ſale ſtrumas.
Hocq; modo vitijs dicunt ſuccurrere fœdis.
Fœmina purgatur, decocto cum ſale ſucco.
Tali diſcutitur inflatio noxia potu.
Ejus ſi viridis decoctio ſæpe bibatur,
Antiquos dyſentericos juvat & ciliacos.
Aſthmaticis eadem prodeſt orthopnoiciſq;.
Vlcera depurgat, morbos levat articulorum.
Herba canis morſus ſuperaddita cum ſale curat.
Ejus fomento decoctio menſtrua purgat:
Ore retenta, ſolet dentis ſedare dolorem,
Lumina purgari caligine Plinius inquit,
Ejus ſi ſucco fuerint cum melle peruncta.

DE SENECIONE. 55.

* Erigeron.

*ORigeron * Græcis, nobis ſenecio dictus,*
Quod canis ſimilis videatur flore capillis.
Naſcitur in muris & in hortis, & tabulatis,
Illius herbæ vis frigida dicitur eſſe.
In medicinali radix non ponitur vſu.
Flores cum folijs tundens infundito vini
Permodicum dulcis, & ſic tepefacta tumori

Hæc ſimul apponas ani vel teſticulorum.
Addito thus iſtis, nervos & vulnera quævis
Curabis facile impoſito cataplaſmate tali.
Hæc eadem triti facient ejus capitelli,
Potari prohibent, quia ſuffocare bibentem
Quidam confirmant, at contra Plinius auctor
Ictericis quoſdam † potum donaſſe ſalubrem † quondam.
Cum vino dicit, taliq; modo medicari
Morbis veſicæ plures ait ille probaſſe.
Et cordis vitijs illam jecoriſq; dediſſe.
Torminibus quoq;, cum paſſo, juviſſeq; potu
Hoc varios morbos, præcordia quos patiuntur.
Et viridis facit hæc, ſi tincta voretur aceto.
Trita ſolet duras hæc cum ſale ſpargere ſtrumas.
Hanc circumſcriptam ſi quis fodiat ſine ferro,
Et tangat dentem vicibus tribus inde dolentem,
Vnaquaq; ſpuens vice, poſtque reponat eodem
Quo fuit orta loco, ſic, rurſum vivat vt herba,
Plinius ut dicit non amplius ille dolebit.

DE CHELIDONIA. 56.

ESSE *Chelidoniæ ſpecies geminæ referuntur*
A medicis, ſpecies eſt major prima vocata,
Altera vero minor, oculis herba vtraq; prodeſt.
Cœcatis pullis hac lumina mater hirundo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

(Plinius ut ſcribit) quamvis ſint eruta, reddit,
Hanc naſci dicunt avibus venientibus illis,
Et deſiccari ſolito dum more recedunt
Indeq; nomen habet chelidonia: namq; chelidon
Dicitur hæc volucris Græcorum more vocari.
Florentis ſuccus cum melle coquatur in ære,
Igne levi, ſpumam donec projecerit omnem,
Et quaſi craßitiem mellis decoctio ſumat,
Utilius nullum dicunt oculis medicamen,
* Quos. *Queis * caligo nocet, ſi ſint hoc ſæpe peruncti.*
† aniſo. *Conteritur juncto ſibi radix ejus † anetho,*
Et ſic Ictericis cum vino ſumitur albo.
Dentis, ut affirmant, prohibet contrita dolores:
De folijs ejus contuſis ſi cataplaſma
Cum vino fiat, maculas abſtergere dicunt.

DE COLUBRINA vel Dracontea. 57.

* Draconteam. *HErba, * Dracontea Græcorũ quam vocat uſus,*
Hæc eadem vulgi lingua colubrina vocatur,
† corpore *Quod colubro ſimilis, maculoſo † cortice ſurgat,*
Ex quibus antiquis expertum credimus eſſe,
Quod queat a ſimili colubrina venena fugare.
Quiſquis ſe trita radice perunxerit ejus,
Tutus ab incurſu ſerpentum dicitur eſſe.
Morſibus illorum cum vino ſumpta medetur,

Si jun-

Si jungas oleum cum ſucco ſeminis ejus
Auribus infundens poteris ſedare dolorem.
Hoc ſucco madidam lanam ſi naribus addas,
Compeſces morbum, qui polypus eſt vocitatus.
Sic etjam cancris magnum ſolet eſſe juvamen
Succo radicis ejus caligo fugatur,
Et varij morbi quæ lumina perpetiuntur,
Ex ipſo puro ſi ſint lita, melleve mixto,
Et prodeſt oculis radix ſi manditur aſſa.
Cum poſca granis ter denis ſeminis hauſtis † † hauſtis
Lumina munda ferunt, pulſa caligine, reddi:
Si marceſcentis illius floris odorem
Nare trahat prægnans deponere fertur abortum:
Vel ſi ſit radix matrici ſubdita trita.
Pulvis radicis ejus cum melle jugatus
Tuſsim compeſcit ſumptus, ſedatq; catarrhum.
Et confert hæmoptoicis hoc ſæpe juvamen:
Pectoris humores exhaurit non redituros,
Omnibus his prodeſt radix ſi ſumitur aſſa.
Iſtud idem faciet ejus decoctio ſumpta.
Ejus cum vino radix venerem movet hauſta.
Provocat urinam, phagedænica vulnera purgat,
Si ſit ei tritæ cum melle brionia juncta.
Vulneris hoc mundat ſordes, ſyringia curat,
Sola ſibi juncto maculas depellit aceto.
Eſse pedum vicium dicunt cui pernio nomen
Eſt, a pernicie membri patientis idipſum,
Plebs dicit mulam, ſolet hæc de frigore naſci,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Amne dracontea radices decoque, tali
Pernio deletur, ſi ſæpius amne fovetur.

DE ISATIDE. 58.

ſ Iſchas. *ISatis a Græcis eſt vulgo Gaiſdo vocata*
Non modicum queſtum præbens tinctoribus herba,
De folijs ejus tritis factum cataplaſma,
Vulnera, magna licet, conglutinat: atq; cruorem
Illorum ſiſtit, reprimit quoſcunq; tumores.
Si cum melle teris hanc ſordida vulnera purgat;
Emundat maculas, & ſacro ſubvenit igni
Ovi ſi jungas albumen, eam ſuperaddas.

DE HELLEBORO. 59.

HElleborum geminas ſpecies teſtantur habere
Album quod ſurſum purgat, nigrumq; deorſū,
Vim ſiccam calidamq; tenent, & tertius illis
Eſt in utroq; gradus, nigro violentius album
Dicitur; unde prius dicam de viribus ejus.
Suppoſitum quocunq; modo, depellit abortum.
Naribus attractus ſternutamenta movebit
Illius pulvis, capitis pellentia morbos:
Miſcetur confecturis quæ lumina purgant,
Et multum prodeſſe ferunt vitijs oculorum.
Pultibus admixtus pulvis mures necat ejus:
Et cum lacte datus muſcis eſt pernicioſus.
Dicunt per vomitum varios educere ſumptum

Humo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Humores, vetereſq; ferunt ſic pellere morbos.
Purgatur tali vomitu vertigo vetuſta.
Inſaniſq; melancholicis valet, atq; caducis.
Sæpeq; curatur ſumpto lymphaticus iſto.
Hydropicis in principio mire medicatur.
Emundat lepram, tetanum fugat, atq; podagram.
Confirmat tremulos, redeuntia tormina curat.
Diverſis vitijs ſtomachi, ſchiaſiq; medetur:
Et tuſſi veteri, febribus ſuper omnia prodeſt
Quartanis, annis jam pluribus inveteratis:
Ingenti cura ſumpturum Plinius * iſtud — * ipſum.
Admonet, ut ſeptem ſe præparet ante diebus,
Humectiſq; cibis corpus bene temperet omne,
Nec ſero cœnet qui debet ſumere mane:
Et quando ſumet, jubet † explorare ſerenam — † rubet.
Et calidam, claramq; diem, ventiſq; carentem,
Obſervare * quidem: curam ſi ſpreverit iſtam, — * jubet.
Paſſurum nimios affirmat eum cruciatus:
Helleborumq; jubet in pultibus antea coctum,
Aut in lente dari, ſic dicit non nociturum:
Hocq; * dari prohibet ſenibus, puerisq; tenellis, — * Hancq;
Mollibus & timidis, animiq; viris muliebris,
Et macris dicit nimium non accipiendum.
In ſucco ptiſanæ, vel mulſa paneve cocto * — * coctum
Sumere præcipiunt alij, ſic utile dicunt.
Philo compoſito fertur ſcripſiſſe libello,
Qualiter helleborum ſit nobis accipiendum.
Inq; ſuis Hypocras aphoriſmis iſtius herbæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Solius meminit, quam noverat utiliorem.
Plures ſcripſerunt hujus de viribus herbæ,
Et quo ſit ſumenda modo docuere, quibuſq;:
Non tamen inveni, perplura volumina volvens,
Vllum, qui certum pondus donare juberet
Illius, dixiſſe ſatis ſe, credo, putabant,
Cum juxta vires, ætates, tempora, dandum
Iußiſſent: mihi vero ſatis non eſſe videtur
* Tutam rem ſubitum. — Tutum*, rem, ſubito quæ confert ſæpe periclum,
Commendare dari cuiquam ſine pondere certo.
† Vt ſcripſit Themeſon. — Plinius ut † ſcribit. Temiphon donare ſolebat
Hellebori drachmam geminam, tribuiſſe ſequentes
Bis binas etiam confirmat: non tamen ipſe
Pondere quo jubeat ſumi ſtatuiſſe videtur,
Cum tamen hellebori nigri jubeat dare drachmam,
Quatuor aut obulos, mihi ſignificare videtur
Albi dimidium pondus tantummodo dandum.
fatetur. — Quod longe nigro violentius eſſe probatur.

DE HELLEBORO nigro. 60.

Elleborum nigrum non eſt adeo violentum,
vel. — Nec formidandũ, quantum quod diximq al-
† præcipiunt — Hoc quoq; † præcipue veteres in lente coquendũ (bũ
Aut in juſcellis, ſic inſanis medicari
Aſſumptum dicunt, & ſic prodeſſe podagræ.
Hydropicis, mota febre, dicitur auxiliari.
Miram ſentit opem ſumpto paralyticus iſto, Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Et varios bibitum morbos levat articulorum.
Educit choleras varias, & phlegma per alvum.
Elixaturæ potu caligo fugatur.
Duricias ſuppuratas factum cataplaſma
Concoquit, & purgat, vacuat ſyringia * collo — * callo
Infixus modicus radicis ſurculus ejus
Poſtq; dies geminos ſit ſurculus ille remotus.
Hordea quam dederint, contrito junge farinam,
Hydropicus tumor appoſitis ſiccabitur iſtis,
Menſtrua ſuppoſitum purgat, depellit abortum.
Auditum reddit, ſi ſurdis auribus illud
Imponas, & poſt biduum triduumve repellas.
Appoſitum tollit maculas ejus cataplaſma.
Emundat lepras, ſcabies quaſcunq; repellit.
Ore diu tentum quo coxeris illud acetum,
Dentis non modicum dicunt ſedare dolorem.
Hellebori nigri præcepit Plinius unam
Donari drachmam, leviter ſic promovet alvum.
Plus quam bis binos obulos vetat accipiendum.

DE GENTIANA. 61.

HERbæ gentianæ vis eſt & ſicca calenſq;.
Tertius huic gradus eſt, tenuans & mundificans eſt.
Splenis vel jecoris dicunt curare dolores.
Eſt aqua ſi calida potu data melleq; mixta
Morſus ſerpentis eadem cataplaſmate curat,
Menſtrua tarda ciet, peſſoq; injecta ſecundas,

Hos verſiculos de Gentiana liber impreſſus non habet.

Fertur

Fertur et extinctos citius depellere fœtus,
Et multis aliis affirmant utile cauſis.

DE SALIVNCA. 62.

Nec hos de ſaliunca habet liber impreſſus

IN primo ſaliunca gradu ſicca eſſe putatur,
Frigus ineſſe gradu narratur vero ſecundo.
Ægroti capitis removet procul illa dolores.
Auribus infuſus ſanabit vulnera ſuccus.
Cortex uſta juvat, & aceto mixta medetur
Verrucis fœdis, verum hoc auctore Galeno.
Cum florent ſalices, ſi cortice tunc ſpoliantur,
Confortant oculos, & eos reddunt meliores,
Pomorum ſuccus, frondentis item ſaliuncæ
Potatus prohibet partus, ſtringitq; meatus
Sanguinis, hoc uſu longo verum eſſe probatur.

DE AGRIMONIA. 63.

Et hi de Agrimonia, ut & ſequentes de ſãbuco, impreſſ: exemp: deſunt.

O*Mnibus eſt herba hæc nobis agrimonia nota,*
Acris ineſt illi nimis, & diuretica virtus:
Succus radicum pellit nebulas oculorum,
Poſſunt anthracas folia in potu dare ſanos.
Morſus ſerpentis pariter rabidiq; latrantis,
Atq; venena fugant, ventriſq; bibendo dolorem,
Sed, tribus adjungi cyathis vini, duo debent
Pondera drachmarum radicibus e memoratis,
Appoſituq; ſuo cancromata vulnera ſanant,

Luxata

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Luxata &, ſi ſit tritis axungia mixta.
Et percuſſuras ferro vel fuſtibus actas,
Verrucaſq; ſimul, ſi conjungantur aceto.
Splen quoq; conſumunt ſumptæ, pelluntq; dolorem,
Cum vino coctæ curant paralytica potæ,
Apperiunt tritæ, quæ ſunt contrita, valentq;,
Appoſitæ ſi ſint, eadem cito reddere ſana.

DE SAMBVCO ET Ebulo. 64.

Dvplex Sambuci dicunt genus eſſe periti.
Sunt diaphoreticæ mediocriter, utraq; ſiccæ eſt
Virtutis, verum & vis ſtiptica dicitur eſſe.
Major habet nomen actes, minor at Chamæactes.
Eſt ebulus formam cui conſcribunt breviorem,
Elixis ut olus cum lympha frondibus hujus
Venter molleſcit, choleramq; & phlegmata purgant,
Hæc eadem teneræ poſſunt ſic ipſius haſtæ,
Cum folijs hauſtæ, vinoq; terendo jugatæ,
Veſicæ fractos reddunt potando lapillos.
Sumpta cibo ponunt humorem ventris aquoſum.
Eſſe cacoſtomacha at veſcentibus herba putatur:
Eximium radix confert elixa juvamen
Hydropicis, viperæ ſuccurrit morſibus ipſa,
Si ſuper emplaſtri ponatur more, vel hauſta.
Addita fomento matricum dura reſolvit,

Et mul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Et multis vitijs muliebribus apta putatur,
Potaq; cum vino, de ſemine potio facta,
Quæ ſupra ſcripſi, per ſe depellere novit,
Vncto cæſaries mixto nigreſcit olivo,
Frondes appoſitæ poſſunt auferre tumorem,
Vſta juvant mixta tritæ impoſitæq; polenta.
† para- *Vulneribus carnem replendo ſanant ſanioſis,*
colleſin. *Et pro poſſe illis cogunt † paracelloſin eſſe.*

DE NASTVRCIO. 65.

Dicunt ferventes quod habent naſturcia vires
Et ſiccas, hac re venerem, ceu ruta, coercent
Siccando ſemen fuerint ſi ſumpta frequenter.
Fermento commixta recens hæc herba terendo
* bona *Antracas curat, * multi quos ulcera dicunt,*
quę plebs *Si ſuperaddatur, curaq; furunculus iſta*
ulcera *Emittit ſaniem, cum qua dolor ille recedit,*
dicit. *Illius ſuccus crines retinere fluentes*
* dolo- *Illitus aſſeritur dentiſq; levare tumorem **
rem. *De qua parte dolens dens eſt, infuſus in aurem.*
Fortius eſt herba ſemen, depellit abortum
† animã- *Hauſtum cum vino, ventriſq; † animalia pellit,*
tia. *Et ſic ſerpentis dicunt obſtare venenis.*
Solus odor poſiti carbonibus effugat illos.
* contri- *Splen reprimit mixto ſi ſæpe bibatur aceto.*
ta iſchia- *Herbam vel ſemen cum polline junge & aceto,*
dis ſuper *Hæc * contrita ſimul ſchiaſis ſuperadde dolori,*
addas il-
la dolori

Vtile

Vtile non modicum confirmant hoc medicamen.
Lichenas ſuccus purgat cum melle perunctus.
Si prurigo caput, aut ulcera turpia fœdant,
Anſeris admiſcens adipi naſturcia trita,
Sæpius unge caput, vitium pelletur utrumq;.
Si coquis hanc herbam capræ cum lacte recenti
Illius aut ſemen, dolor angit pectora quiſquis
Aſſumpto tepido, potu ſedabitur iſto.
Semen cum tepida contritum pondere drachmæ,
Et bibitum, dicunt quod durum molliat alvum.
Tuſſim compeſſit ſemen cum melle voratum.

DE VERBENA. 66.

VErbenam hierobotanem periſterionq;,
Appellant Græci, ſpecies hæc fertur habere
Binas, effectus eſt idem pene duabus:
Cum vino juvat ictericos ſi ſæpe bibatur,
Peſtiferos morſus curat ſuper addita trita,
Cum vino renovanda quidem per quatuor iſta
Eſt medicina dies, oris bene vulnera purgat,
Illius tepidus ſuccus ſi voluitur ore.
Hocq uoq; facta recens herbæ decoctio præſtat.
Hac etjam quævis putredo repellitur oris,
Si tepefacta diu volvatur fauce ſonora:
Glutinat herba recens vulnus ſuperaddita trita.
Occurrit cunctis, cum vino ſumpta, venenis:
Quæ furit alternis febris accedendo diebus,

Pellitur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

†ſumptis Pellitur hac, tribus aſſumptis † radicibus ejus
* poten- Cum totidem folijs, potentur * aquis reſoluta
ter.
* ſenſerit Iſta prius, patiens quam frigus * ſentiat ullum,
Hocq; modo febribus quartanis illa medetur:
Bis binis folijs cum tot radicibus hauſtis.
Illius in vino ſi ſit decoctio facta
Convivas hilares inter convivia ſparſa
Reddere narratur, ut jam præſcripta bugloſſa.
Hanc herbam geſtando manu ſi quæris ab ægro,
† agas. Dic frater quid † agis? bene ſi reſponderit æger,
Vivet: ſi vero male: ſpes eſt nulla ſalutis.
*hoc Ex hac * compoſitam quidam juſſere coronam
Apponi capiti cauſa quacunq; dolenti,
Sic dicunt illam celerem conferre medelam.
Plinius affirmat hanc omnibus eſſe ſalubrem
Viſceribus, lateris morbis, jecoriſq; querelis,
Pectoris & vitijs, & præcipue medicari
Pulmonum cauſis, hanc aſſerit ille phthiſiq;.
Parotidas reprimit adipi commixta vetuſto.
Herbam cui nomen folijs de mille dedere,
Betonicamq; pari verbenæ pondere junge:
*poten- Hæc mixta potentur * aqua, nullum medicamen
ter. Vtilius credunt illis quos calculus angit.
Non modicum laudare magos hanc aſſerit herbam
Plinius, hanc dicunt cunctis obſiſtere morbis:
Et quod quiſq; petet hac impetrare perunctum.
Sic & amicitias captari poſſe potentum,
†pluria. Et pelli febres, & † plurima talia fingunt,

Quæ

Quæ quamvis natura potens concedere poßit.
Vana tamen nobis, & anilia jure videntur.

DE MAVRELLA. 67.

Herbam quã Græci † ſtrignum dixere, Latini
Maurellam dicunt, vis ejus frigida valde eſt.
Dicitur auriculæ mire ſedare dolorem
Illius ſuccus, ſi ſenſim funditnr intus
Ægilopis ſtrychni dicunt cataplaſma mederi.
Iſtud idem dicunt capitis * prodeſſe dolori
Vna cum ſtrychno ſi ſal, paniſq; terantur,
Parotidas reprimet cataplaſmatis addita more,
Strychni prurigo depellitur illita ſucco.
Succus ſuppoſitus fluxum ſtringit muliebrem.
Contritis ejus folijs conjunge polentam
His ſuper appoſitis, ſacer ignis, & herpeta mordax
Dicitur expelli, ſi vero junxeris iſtis
Argenti ſpumam, ceruſſam oleumq; roſatum,
Fortius & melius, prædictum ſit medicamen.

† ſtrych-non.

* ſedare dolorem

DE IVSQVIAMO. 68.

IVſquiamum Græci quam noſtri caniculatam
Dicunt, huic herbæ virtus eſt frigida valde:
Tres habet hæc ſpecies, ſemen profert prior album,
Altera ſubrufum, producit tertia nigrum.
Nobilior reliquis eſt ſemen quæ gerit album.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Pro quo ſi deſit, mos eſt apponere rufum:
Nigrum vero frequens medicorum reſpuit uſus.
Iuſquiami folijs contritis, adde polentam:
Hoc adhibendo potes quoſvis curare tumores,
Sic mire calidam potes infrigdare podagram.
Auribus infuſus ſuccus vermes necat ejus
Illarumq; ſolet varios lenire dolores,
Ore diu tepidum ſi contineatur acetum,
Quo ſint decoctæ radices illius herbæ,
Dicitur immodicum dentis placare dolorem.
Expreſſus ſuccus contriti ſeminis ejus,
Viſcoſum & calidum poterit compeſcere rheuma,
Si fuerint oculi patientes ſæpe per uncti.
Seminis illius obulus, cum ſemine mixtus,
Miconis pariter, cum mulſa ſumitur illis
Vtiliter, fluxum matricis quæ patiuntur.
Et dicunt * hæmoptoicis ſic poſſe mederi
Vel quocunq; modo ſanguis jactetur ab ore,
Dicitur hic potus medicari ſæpius hauſtus.
Cum vino tritum ſemen, cataplaſmaq; factum
Mammas & teſtes dicunt curare tumentes.
Emplaſtris multis apponitur antidotiſq;,
Infert, ſicut olus hæc herba comeſta, maniam,
Præſtat idem ſuccus, in quovis vulnere fuſus.

* hemophthiſicis.

DE ERVCA 69.

Erucam

ERucam calidam dicunt mediocriter eſſe,
Siccam non adeo: cibus ejus digerit eſcas,
Tertius Erucæ fertur gradus eſſe caloris,
Et valet urinas hæc manſa vel hauſta movere,
Manditur utiliter pueris tuſſimq; repellit:
Et mundare cutis maculas cum melle jugatum — *Emundare cutem maculis*
Tradunt & mundos lentigine reddere vultus
Elixata prius radix valideq; ſubacta,
Oſsibus & fractis ſuper addita * retrahit illa. — ** roiicit.*
Cum vino tritum ſemen ſi ſumitur ejus, — *† ictus.*
Quoſvis peſtiferos † morſus curare * refertur — ** videtur.*
Hæc nigras maculas † pellit cum felle bovino — *† purgat*
Illita, mira loquar, cum vino largius hauſtam
Indurare ferunt hanc contra verbera ſenſum.
Si * condimentis coquus hanc admiſceat herbam — ** conditurus.*
Aut ſemen, gratum dicunt præſtare ſaporem,
Euzomomq; ſolent hac cauſa dicere Græci
Erucam, guſtu quod ſit ſuccus bonus ejus:
Non modice manſam venerem ſtimulare vel hauſtam
Confirmant medici pariter pluresq; Poetæ.
Eſt cum lactucis hæc herba comeſta ſalubris,
Namq; calor dat temperiem cum frigore mixtus.

DE MALVA. 70.

DIxerunt malvam noſtri quod molliat alvum,
Eſſe cacoſtomacham Sextus magis aſſerit illam
Atq; Dioſcorides, tamen interioribus ambo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Sumptum ſicut olus, multum prodeſſe fatentur.
Et ſic veſicæ dicunt illam medicari.
Sicq; venenoſis occurrere potibus illam.
Hi quoq; confirmant maluæ folijs ſalicisq;
Ex æquo tritis, citius, meliusq; cruentum
Sanari vulnus, emplaſtris quam pretioſis,
Addunt auctores, ipſi quod malua potenter
Conquaſſata juvet, adipi commixta vetuſto,
Vnius caulis radix admota dolori
Dentis, ſedat eum: Venerem ſtimulare refertur
Hæc eadem, femori ſi lino adnexa geratur,
In lana nigra tectam ſi geſſerit illam
Fœmina, mammarum dicunt * obſiſtere morbis (* occurrere.)
Scripſit abortivam Thebana at olympias illam,
Si reſolutus adeps miſcebitur anſeris illi
Et ſic ſubdatur veluti peſſaria vulvæ.
Contritis folijs illius cum ſale pauco
Ægilopas pellit, ſuccoq; medeberis ejus
Puncturis apium: cui ſi conjungis olivum
Corpus & inde linas apium tibi nulla nocebit.
Decoctam lotio capiti ſuperaddito maluam,
Sic acoras turpes, pelles furfurq; nocivum.
Decoctis ejus folijs ſi jungis olivum
Extingues ignem ſacrum cataplaſmate tali.
Et combuſturis illud bene ſubvenit ignis,
Duricias † uteri ipſius decoctio mollit. († ſtericas)
Inteſtinorum cauſis, matricis & ani
Hæc eadem prodeſt mire, ſi ſubditur illis.

Carmine

DE PIPERE. 71.

Carmine jam dictis aliquot vulgaribus herbis, Carmine deſcriptis paucis vulgaribus herbis.
Nunc ſpecies illas, quas cunctis jam prope notas
Vſus vendendi fecit, tentabo referre,
Atq; prius piperis, quod notius ipſa coquina,
Quam medicina facit, vires puto diſcutiendas.
Virtutis ſiccæ piper aſſeritur calidæq;.
Tertius eſſe gradus conceditur huic in utroq;:
Tres ſunt huic ſpecies, album longumq; nigrumq;,
Sed quia ſunt geminæ medicis tantum modo notæ
De ſpecie nigri dicam quædam mihi nota.
*Crudum vel coctum ſumptum, * vel melle jugatum* * cum.
Vim digeſtivam ſtomachi, jecoriſq; juvabit:
Morſus peſtiferos curat, faſtidia † lenit † tollit.
Occurrit varijs thoracis ſæpe querelis:
Quodq; movere ſolet frigus periodica febris
Compeſcit, febris ſi ſumitur ante tremorem.
Cum lauri baccis, vel cum folijs bene tritis:
Cumq; mero tepido potatum tormina ſedat.
Et ſcrophas reprimit admixtum cum pice dura
Et ſuper appoſitum, recte quoquè jungitur illis * nigra.
*Quæ purgare ſolent oculos caligine * dira.*
Ad mixtum nitro maculas cataplaſmate delet.
Vſti ſtercoris humani cum pulvere tritum
Vna junge piper, & ſic ſuper addito cancris
Experti nihil utilius hoc pulvere dicunt,
Nemo poteſt omnes piperis deſcribere vires,

Nempe piper ferme medicamina cuncta requirunt,
Antidotiſq; ſolet precioſis pluribus addi.
Huic puto tam paucas laudes de ſimplice dictas,
Quodq; ſit in numeris hoc dignum laude medelis.

DE PYRETRO. 72.

Eſt pyretrum calidum ſiccũ quoq;, quartꝰ in iſtis
Eſt gradus, excruciat dentes ſi frigidus humor,
Maſticet hæc patiens, teneatq; diutius ore.
Et juvat admixto ſi gargarizetur aceto,
Hocq; modo tumidam reprimit dephlegmate linguam
Sic uvam relevat humoris pondere preſſam.
Et multis alijs vitijs ſic ſubvenit oris.
Non modicum prodeſt, ſumptum cum melle, caducis.
Sicq; levare ſolet morbum qui membra reſolvit,
Suſpenſum collo pueris prodeſſe caducis
*dicitur *Creditur * & ſolo ſuccurrere fertur odore.*
Ex oleo, quo decoquitur, ſi corpus inungas
Ante febris motum, minuet tolletq; rigorem.
Renum ſæpe gravem fugat unguen tale dolorem:
Miram ſentit opem paralyticus inde perunctus,
Non leviter fuerit manibus ſi ſæpe fricatus,
Vnguine ſi totum corpus mulcebitur iſto,
Largus per poros ſudor procedet apertos
Membrorum ſolet hæc quemvis curare ſtuporem,
Et corpus ſervare poteſt a frigore tutum.
Et medicamento ſolvetur tetanus iſto.

Tantun-

Tantundem prodeſt ſi tritum ſolvis * aceto — * olino
Sicq; fricando locum quem vis † curare perungas. — † medicare

DE GINGIBERE. 73.

GIngiber * atq; piper æquales in medicina — * Zingiber.
Dicunt, hac cauſa taceo de viribus ejus

DE CIMINO. 74.

ESSE putant calidum medici, ſiccumq; ciminum
Tertius eſt illi gradus in * virtutibus iſtis: — * in viribus.
Aſſumptum quocunq; modo depellere tradunt
Viſcera vexantem ventum, ſtomachumq; † gravantẽ — † gravatum.
Et digeſtivum ſtomachi jecoriſq; calorem
Excitat, & veneris credunt inhibere furorem:
Et fluxum ventris in aceto ſtringere coctum.
Hoc orthopnoicis miram præſtare medelam
Experti dicunt, cum poſca ſæpius hauſtum.
Atq; venenoſis cum vino morſibus ipſum
Præbet opem, tritumq; fabæ cum polline juncto
Melle, repente ſolet teſtes curare tumentes,
Aſſumptum * ſiſtit cum poſca menſtrua ſumptum, — * Appoſitum.
Dicunt pallentem dare manſum ſæpe colorem.

DE GALANGA 75.

PHlegmonem ſtomachi ſumptum galanga reſolvit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Et ſi phlegmaticus fuerit corroborat ipſum:
Incluſum ventum ſumptum fugat * interiorem. — * interiorum,
Vim digeſtivam juvat hæc, coliciſq; medetur,
Oris non modicum manſum commendat odorem
Augmentat ſumptum, veneris renumq; calorem.

DE ZEDOARIA. 76.

APPrime ſumptum zedoar obſtare venenis
Affirmant, & reptilium morſus levat hauſtũ:
Sumptum confortat ſtomachum, ructuſq; † ſalubres — † ſonantes.
Commovet, & crebro faſtidia reprimit uſu.
Antiquum ſtomachi dicunt curare dolorem
Iſtud ſi patiens jejuno maſticet ore,
Et ſic infectam ſenſim * movet ore ſalivam — * voret ille
Lumbricos ventris depellere dicitur hauſtum:
Allia quem faciunt fœtorem pellit odore
Et nimium bibiti vini depellit odorem.

DE CARYOPHYLLO. 77.

GAriophilum dicunt calidum, ſiccumq; ſecundo
Eſſe gradu, jecur et ſtomachũ corroborat † hauſtum — † ipſum.
Et ferme cunctis valet interioribus ipſum
Vim digeſtivam mire juvat, abſtinet alvum:
Accendit venerem ſi drachmæ pondere tritum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Potatum fuerit cum vaccæ lacte recenti,
Vim cerebri memorem confortat ſæpius hauſtum.

DE CINNAMO. 78.

Cinnama tres ſpecies dicuntur habere ſed harũ
Eſt precioſa magis quæ plus ſubtilis habetur,
Et quæ plus mordet, mixta dulcedine linguam.
Humores ſtomachi ſiccat, corroborat ipſum:
Et facit acceptas ut digerat ocyus eſcas.
Sumptum curat epar, lotiumq; & menſtrua purgat:
Humida tuſſis eo ſedabitur atq; catarrhus.
Hydropiſis ſpeciem, cui præbent tympana nomen,
*Sumptum non * modice reprimit, renumq; dolores,* * modicum.
Reptilium morſus curat: ſi jungitur illis
Qui † turbant oculos, humores ſiccat aquoſos. † Quæ curant oculos
Si bene contritum forti jungatur aceto,
Liberat appoſitum tetra lentigine vultum:
Sicq; juvat morbum, qui ducit ab impete nomen:
Craſſa magis ſpecies fluxus hæmorrhoidarum,
Stringit aqua gelida bene ſi contrita bibatur,
Tempore quo nondum patiens jejunia ſolvit
De ſpecie geminas hæc quærit potio drachmas.

DE COSTO. 79.

Coſti ſunt geminæ ſpecies gravis una rubenſq;
Eſt, & amara nimis, hæc Indica dicitur eſſe,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Altera vero levis, nec amara, colore ſub albæ.
Hanc Arabes mittunt, prior utilior medicinæ:
Vrinas purgant, & eis obſtantia pellunt.
Splen curant & epar, laterisq; fugare dolorem
Dicunt, cum vino tepido ſi ſumpſerit æger.
Menſtrua purgabunt, ſi ſe ſub fumiget illis
Fœmina, ſic etjam vulvæ ſedare dolorem
Dicunt, aut ex his ſibi ſi peſſaria ſubdat.
Lumbricos pellunt, purgant lentigine vultum.
Si tritis cum melle linas, veneremq; movere
Dicuntur, ſi ſint cum mulſa ſumpta tepenti,
Ex oleo coctum quo coxeris illine quemvis
Ante febris typum, reddes a frigore tutum,
† ſtupentibus. *Subvenit hoc ſchiaſi, membriſq; † tumentibus unguen:*
* purgat *Antiquum vulnus cito * curat pulvis eorum.*

DE SPICA. 80.

ESSE gradu primo calidam ſiccamq; periti
Teſtantur ſpicam, quæ dicitur indica nardus:
Confortat potata jecus ſtomachiq; dolorem
* apozema. *Mitigat, & renes illius * apoſtima purgat:*
† pollit. *Veſicam juvat, urinas & menſtrua † purgat*
Ictericis prodeſt, nocuis humoribus obſtat
Quos caput ad pectus tranſmittit ſæpe per uvam.
Puncturas aufert & morſus interiorum.
In ſtomacho clauſum ſolet hauſta repellere ventum
Matricis nimium reſtringit ſubdita fluxum.

Cum

Cum gelida ſi detur aqua, ſedare tremorem
Dicitur hæc cordis, & nauſea ſiſtitur inde:
Excitat hæc venerem cum † ſapæ ſumpta liquore. † cepæ
Duritias uteri aſt elixatura reſolvit
Ejus fomento, per partes inferiores.
Lumina ſi tepida foveantur ſæpius illa,
Affirmant acri prurigine libera reddi:
Palpebræq; pili bene confortantur eadem,
Eſt nardi ſpecies quæ celtica ſpica vocatur
Celtarum tantum quod naſcitur in regione,
Omnia quæ nardus, valet indica dicitur iſta
Poſſe, licet vires videatur habere minores.

DE THVRE. 81.

THus calidum ſiccumq; gradu, dixere ſecundo.
Lumina clarificat, lachrima ſi ſolvitur ovi,
Contritum vel fœmineo cum lacte tepenti.
Acri cum vino tritum, pice lacteq; mixtis,
Vulnera præcipue curare recentia dicunt.
Pingui porcino mixtum medicabitur uſtis:
Admixtum melli paronychia decutit unguis:
Thus bene contritum, vinoq; tepente ſolutum,
Affirmant auri multum prodeſſe dolenti,
Tritum cum creta Cimolæa, ſicq; roſato
Per mixtum, mammas dicunt curare tumentes,
Nil credunt * hæmoptoicis magis auxiliari, * hæmopthiſicis.
Admixto vino ſi ſumatur vel aceto.

Thus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Thus cum lacte terens muliebri, ſi ſuper addas
Vlceribus, fieri quæ ſæpe videntur in ano
Aut alio quocunq; loco, medicabitur illis,
Huic aloen jungens, lachrimamq; albuminis ovi:
Sic ut ſit ſpiſſum, ſectæ ſuperaddito venæ
Aut his vulneribus nimio quæ ſanguine manant,
Nec ſolvas niſi comperias diviſa coiſſe:
Si ſit opus, medicamen idem ſuperadde priori
Donec firmari valeat ſolidata cicatrix,
Affirmant melius nil ſiſtere poſſe cruorem.
Vim memorem cerebri proprio confortat odore:
*Origano * junctum, ſi quis commaſticet ipſum* — * inunctum.
Humores nocuos capitis per ſputa repellit.
Allevat iſta gravem capitis purgatio linguam:
Anſeris aut anatis mixta pinguedine thuri
Fit cataplaſma valens membris, quæ læſerit ignis.

DE ALOE. 82.

* aloes. * epatitis

*SVnt * aloe ſpecies geminæ, quæ ſubrubet & quæ*
*Intus ſicut epar cum frangitur, hæc * hepatæa*
Dicitur, & magnas, habet in medicamine vires,
Vtilior † piceo quæ fracta calore videtur.
Phlegmate mundificat ſtomachum caput articuloſq;
Leniter humorem nocuum purgando per alvum.
Ictericos purgat jecoris juvat interiora,
Vulnus quodq; recens putredine purgat ab omni
Illius injectus pulvis, ſiccandoq; ſanat.

† vilior eſt piceo quæ fracta colore videtur.

Præci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Præcipue * veretri dicunt & teſticulorum ** Ventris præcipue.*
Vlcera curari, vel vulnera pulvere tali.
Si ſolvatur aqua juvat apoſtema labrorum,
Et naris, ſuper appoſitum, nec non oculorum;
Livoremq; fugat ſic circa lumina factum.
Acri cum vino miſcens oleoq; roſato,
Vnge dolens caput & frontem, mireq; juvabit.
Vnguine pruritus ſedabitur hoc oculorum.
Cum vino bene contritum cataplaſmaq; factum.
Confortat retinetq; pilos quoſcunq; cadentes.
Linguæ, gingivis, vitijs quoq; ſubvenit oris.
Si fricentur eo cum vino melleq; trito,
Hoc ſumptum per ſe ventrem non ſolvit acute.
Eſſe tamen * ſtomacho putat Oribaſius aptum ** ſtomachi.*
Cum lædant illum ſolventia cætera ventrem,
Illius binas cum mulſa ſumere drachmas
Idem præcepit, choleram ſic, phlegmaq; purgat.
Vnaquaq; die poſt cœnam ſumere dixit
Vtile tres ejus pilulas binaſve, † recentis *† virentis.*
Cum ſucco caulis formatas, ut faba groſſas,
Aut cicer, humores nocuos cum ſtercore purgat,
Non corrumpendo ſtomachum, neq; vim faciendo.
Purgatus fuerit pilulis qui ſæpius iſtis,
Vix unquam capitis vexabitur ille dolore.
Et nihil eſt oculis mihi crede ſalubrius iſtis.
Si vero duram vis ſolvere largius alvum
Partibus eſt geminis pars admiſcenda terendo
Vna diagridij, ſic apta ſolutio fiet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

DE AARO. 83.

Eſt Aaron noſtra Syrorum caſtica lingua,
Huic ſimiles forma frondes ſunt cum viperina,
Sed tamen huic tantæ non ſunt, quantæ viperinæ,
Virgæ palmarum ſit magnitudo duarum,
Ipſaq; Purpurea, croceum profert quoq; ſemen.
Radix aſt alba eſt, veluti viperina rotunda,
Quæ mandi vel cruda poteſt, vel cocta, ubi virtus
Viſcida non nimis eſt ejus juncta ſale ſumptæ.
Sed nec diſsimilis in cunctis partibus eſt vis.
Ejus cum fimo bubulo cataplaſmate facto
Impoſito, & podagræ medicari poſſe putatur.
Extenuat pingues humores in mediocri,
Vnde ſit ut vacuet thoracem ſputa movendo.
Herbæ totius eſt projectoria virtus,
Non tamen ut tantus fortaſsis ſit calor illi.
Radix illius debet collecta recondi.
Vt ſolet abſcondi cyclaminis, & viperinæ.

DE BRYONIA. 84.

Ampelos eſt leuceq; & dicta Bryonia Græce,
Dicitur a nobis Latinis candida vitis.
Haſtas & frondes habet hæc noſtram aſsimulantes.
Sed noſtræ leves, illi ſunt aſperiores.
Noſtræ majores, illi paulo breviores,
Semen conſimile eſt, minus & ſi dicitur eſſe.

Capre

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Capreoli ſimiles, multa ſe parte plicantes.
Qui ſi cum vino ſunt elixi bibituro
Ventrem cum lotio dicuntur poſſe movere.
Haſtis & folijs radici & viſcida virtus
Eſt, ex quo cancros cataplaſmate dant medicatos.
Quæq; chironia ſunt, vel quæ Phagedænica, ſanant
Vulnera, vel tibijs ea tollunt cum ſale trita.
Corporibus gratum radix fert uncta colorem,
Lentigenes pellit, tendit rugas faciei.
Atq; cicatricem loca ſi teneant inimicam,
Ad proprium morem reparat collata colorem.
Tritaq; cum vino, veluti cataplaſmate facto.
Duritias ſpargit, ſimul apoſtemata curans
Extrahit oſſa etjam, ſi ſint in corpore fixa.
Hanc medicamentis, quæ ſeptica ſunt, ſociabis,
Conjunxiſſe quibus nimis eſſe neceſſe probatur,
Vnica cum vino potandum præbita drachma
Annum per totum, fertur ſanare caducum
Qui furtim lædit, & ſic apoplexia cedit.
Cedit &, obtenebrat oculos quod ſæpe, Scotoma.
Et ſi prædictum pondus fuerit geminatum
Tunc potius cauſis occurrit præmemoratis,
Morſuſq; illatos ſic curat tabe repletos.
Ne faciat mulier prægnans, hanc vitet, abortum.
Provocat urinam potu, pellitq; ſecundas.
Diſpnoicoſq; juvat conjuncta melle vorata.
Et conquaſſatos artus, altoq; cadentes,
Tuſſim placatam reddit, lateriſq; dolorem

Hujus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Hujus ſi pondus oboli conjungis aceto,
Triginta ſpacio ſplen ſiccat ſumpta dierum.
Omnia cum caricis prædicta valet cataplaſma.
Fomento aſt uteros lympha decoctio facta
Purgat, & infantes ponit nondum glomeratos,
Temporibus veris exſuccari ſolet herba,
Et radix, cujus ſuccus mulſæ ſociatur,
Phlegmata deponit datus, & juvat omnia ſcripta.
Inſuper & mammæ lac contribuit muliebri
Cum ptiſanæ ſucco ſi ſit ſociata coquendo,
Succus præſtat idem, baccarum ſuccus eidem,
Vrinamq; movet in tinctu ſed mediocri.
Sperma fugat lepram tritum ſcabiemq; perunctum.
Conſimiles vires habet huic bryonia nigra
Appellata, tamen in cunctis inferiores.

DE ALGA PALV-ſtri ſive Nymphæa. 85.

ALga paluſtris habet diverſa vocabula, quorum
Cacabus eſt veneris Nymphæaq; ſive papaver
Cui locus in cauſa eſt cognomen habere paluſtre.
Creſsit enim ſtagnis, ea ſive locis in aquoſis.
Frondibus oblongum caput oſtendit ſuper undas.
Quod de radice ſola prodit ſociatum
Multis, flos ejus ſimilis quos lilia produnt.
Pallidior tamen eſt, nec tam niveus color ejus.

Semen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Semen habet croceum medio de flore locatum.
Sed quum floruerit, formam capit inde rotundam,
Sicut meconis nigri faciunt capitella.
Aut ſicut mala hæc quæ dicuntur Matiana
Semen in his ſpiſſum latumq; magis reperitur.
Hoc argilloſi guſtu datur eſſe ſaporis.
Haſta parum craſſa ſubnigraq; levis, & æque
Aſpera radix eſt ejus, nodoſa, melena.
Tempore quæ autumni debet ſiccata recondi,
Ejus enim pulvis multum fert utilitatis,
Sumpta mero ſpleni prodeſt, ſic cæliaciſq;,
Veſicæq; poteſt ſic ſumpta levare dolorem,
Si quis & eſt ſtomacho poſito cataplaſmate cedit,
Sic & alopetias emendat & in cute mendas.
Quoſq; tumor lædit teſtes lenire notatur.
Seminis aſidui potus hæc omnia poſſunt.
Humanumq; fluens plus juſto ſperma retardant,
Radicem quæ fert Nymphæa aſt candidiorem,
Eſt melior virtute ſua, debet quoq; ſumi
Cum vino nigro, quia partim ſtyptica virtus
Eſt ejus, partim quoq; projectoria, ſic quod
Infuſam dicant hanc alvum reddere ſanam.
Et quod alopecias pice cum liquida juvet ipſas.

DE FABA. 86.

FRigoris in medio faba vim tenet atq; caloris,
Styptica quo partim ſit, projectoria partim,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Exterius quare poterit ſiccare modeſte.
Mitigat arthritim cum lympha cocta dolorem.
Anſeris adjuncta huic pinguedo recens vel ovilla
Si fuerit, podagræ quoq; ſubvenit hac ratione.
Cocta farina fabæ, junctum ſit ut oxymel illi,
Sanat contractos poſito cataplaſmate nervos.
Sic & teſticulos, & mammas optime curat,
Hæc etenim poterit loca reddere frigida, ſi ſint
Inflammata nimis virtute ſua mediocri,
Prandia ſumpta fabæ non digeſtiva probantur:
Inflat enim niſi ſit aqua bis mutata coquendo.
Præcipue viridis ſtomacho non commoda manſa eſt,
Somnia nigra facit, ſed tuſſis initia pellit.
Succum corporibuſq; etjam pinguedinis addit,
Integra ſi forti conjuncta coquatur aceto.
Eſtq; dyſentericis medicans, ventriq; ſoluto,
Sic valet & ſtomacho ſuffragia ferre vomenti
Iuncta farina fabæ cataplaſmatibus medicatur,
Ictibus attritis tumidis, comitante polenta.
Sola tamen nequit hoc ipſum, ut dicunt, operari.
Lac nimium mammis cataplaſmate ſtringit abundãs:
Conjuncta at melli fœni græciq; farinæ,
Parotidas curat, livores corporis aufert,
Floribus at roſeis & thure & ovo comitante
Impoſita, ex oculis tumor, & ſtaphylomata cedunt.
Percuſſos etjam curat ſuſoſq; cruore,
Dentibus attrita eſt frontiq; ligamine juncta,
Reumata luminibus ſuſpendere fertur opima,
Cum vino teſtes curat cataplaſma tumẽtes Et

Et propendentes ſinit haud fieri pueriles,
Ejus folliculus bene tritus & attribulatus,
Emendat maculas emplaſtris additus albas.

DE NVCE AVEL-LANA. 87.

NVcibus ex minimis nulli datur eſca ſalubris, * Exminimis nucibus.
Cogunt cervicem mandentis ferre dolorem.
Inflando ſtomachum diſtendunt, dantq; ſolutum
Pectus, pulmonem corrumpunt tuſſe nocendo.
Indicat effectus quod eis ſit & humida virtus.
Si tamen in teſta luteo ſint vaſe peruſtæ,
Vt nil virtutis poſſunt retinere prioris,
Nil plus ſtillantes, juvat in placando fluores,
Si bene contritæ dentur mulſa reſolutæ,
Compeſcunt veterem tuſſim, licet inveteratam.
Cum paſſo tritas quidam tribuere bibendas,
Ad jecoris morbos & pulmonis removendos.
Multi cum pipere tritas vinoq; dedere.
Adq; ad pellendum ſenſere valere catharrum,
Et deſtillantis lotij tormentaq; ventris.
Vrſi pinguedo nucleis conjuncta terendo
Reddit alopecijs deraptis damna capillis.

DE BATO SIVE rubo. 88.

OMnibus eſt nota ipſe batus, virtuſq; probata

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Ipſius a multis, & dicunt ſtyptica quod ſit
Et xerantica, Cæſariem decoctio lotam
Ipſius infectam reddit ventremq; fluentem
Abſtinet, & fluxum nimium ſtringit muliebrem,
Preſteris morſus eadem juvat atq; venena,
Reddit gingivas & de putredine tutas.
Quiq; nocent ſævos compeſcit in ore tumores,
Commaſticatæ frondes vinoq; ſubactæ
Acri, cervicis zernas pellunt & achoras.
Quodq; ſolet fieri percurant ulcus in ore,
Et plagas ſolæ poſſunt ſic conſolidare:
Turgentes oculos & condilomata ſolvunt.
Cardiacoſq; juvant ſic & ſtomachum patientem.
Suppoſitæ vitium ſanant hæmorrhoidarum.
Haſtarum ſuccus, foliorum &, ſole calente
Siccatus, melius faciet præſcripta potenter.
Maturo ſuccus ejus de ſemine tractus,
Sæpius utiliter cauſis eſt oris adaptus,
Sed non maturam prandentis detinet alvum.
Floſq; dyſentericis, & prodeſt cæliaciſq;.
Idem contritus lippis cum melle medetur,
Si illitus eſt oculis: ignem quoq; ſic juvat atrum,
Sunt igitur flores ejus frondeſq; virentes,
Moraq; virtutis leviter ſtringentis, ad uvam
Et fauces quare proprie prodeſſe videntur.
Quum ſint matura ex juſto ſed tempore mora,
Dicunt fervoris vim quod teneant mediocris.

Artibus

DE MIRICA. 89.

ARtibus in medicis fertur vis magna miricis,
Hiſqꝫ tamaricum nomen, quarum foliorum
Elixatura ex vino potata tumorem
Splenis emendat, dentiſqꝫ levare dolorem
Creditur, humores eadem ſtringit cohibendo,
Addita peſſarijs matricis, ſicqꝫ necando
Effugat & lendes, alios & corpore vermes.
Et cinis uſtarum ſtringit fluxum muliebrem,
Vtilis eſt potus etjam de calice ſumptus,
Harum de ligno, vel de radicibus acto.

DE IVNIPERO. 90.

IVniperi virtus eſt incenſivaqꝫ & acris.
Impoſita in prunas ſerpentes pellit odore
Fumigij, fructuſqꝫ rotundus habetur, odorqꝫ
Illius eſt ſummus, ſi detineatur in ore.
Vtilis eſt ſtomacho, ſic thoraci medicando
Et tuſsim nimiam ſedat, licet inveteratam.
Auxilium contra potis eſt conferre venena,
Spaſmata ſic contra valet & ſic rheumata contra.
Atqꝫ uteri vitium, & morbum qui ſtrangulat aufert.
Ejus quos ſuccus ſanat dat vipera morſus.
Qui ſi combuſtus fuerit lymphæqꝫ jugatus,
Vnctas propellit turpi de corpore lepras.
Ejus pota interficit elimatio ligni.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Ipſius lachrymis tuſsim ſedare bibendo
Dicitur antiquam, vitium quoq; parotidarum.
Hujus cum drachma baccarum drachma draganti,
Abſithij drachma & prædictis aſſociata,
Myrti tres nigræ, gallæ quoq; tres aſianæ,
Illis jungantur, conjunctaq; cuncta terantur,
Sic tribus atq; tribus oleo commixta diebus
Vaſe recludantur v[illegible], dum conſitiantur,
Vim ſimulatq; oleum contraxerit a ſpeciebus
Servetur, quoniam multis valet unguine rebus.
Si caput ungatur, capiti prodeſſe probatur.
Cæſariem capiti dicunt ſervare periti,
Reddit & abſentem, ferturq; tenere cadentem.
Quod minus eſt fidei prodeſt quoq; calvitiei,
Dando capilloſum, caput antea ridiculoſum:
Fortius examen uſtum facit hoc medicamen,
Si pare menſura fuerit conjungere cura
Ejus prædictis cinerem, quia vis perhibetur
Eſſe ſibi tanta, quod ſolus poſſe probatur
Cuncta relata prius, oleo ſi conficiatur.
Creditur exuſtæ pulvis vim ferre nigellæ,
Huic medicamento, de ſolo namq; puellæ
Lymphæ conjuncto loca nuda terunt ciliorum,
Expertæ damnum quod reddere poßit earum
Hæc nec ſola pilis dicunt veſtire potentem,
Sed quamcunq; cutem libet iſta veſte carentem,

DE SALICE. 91.

Eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

ESSE ſui partes deſiccativa per omnes
In virtute ſalix, modicum quoq; ſtyptica fertur.
Vulnus habent ejus frondes ſolidare cruentum,
Conceptus prohibent in aqua potæ muliebres:
Corticis exuſti cinis acri junctus aceto,
Callos a pedibus tollit, poſitus vel inunctus,
Et mundat pariter verrucas hac ratione,
Arboris inciſæ manat de corpore ſuccus,
Tempore quo rami multo ſunt flore gravati,
Qui tum mammarum valet & morbis oculorum,
Tum cunctis quæ ſunt medicaminibus tenuanda,
Hujus flos ſumptus in aqua frigeſcere cogit,
Inſtinctus veneris cunctos acres ſtimulantes,
Et ſic deſiccat, ut nulla creatio fiat,
Nomen haloſanthos flos obtinet arboris hujus,
Qui ſi ſit junctus æquali pondere mirrhæ,
Inde terendo cinis factus, permixtus & undæ,
Deductus liquor ut mellis ſpeciem ſibi ſumat,
Spiſſatus pariter donec videatur in unum,
Et teneat facto velut ex albumine filo.
Hinc lita cæſaries tibi ſtet velamine tecta
Vel mitra, noctem totam cum ſole lucente,
Et ſi plus ſteterit melior tinctura manebit.
Poſtea cum calida cervicem colluat unda,
Mirari flavos poterit roſeoſq; capillos.
Sunt quibus eſt crudos mos aſſociare lupinos,
Namq; valent ſoli cum lympha reddere triti
Loto & conſimilem capiti conferre colorem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Nec minus argenti prodeſt ſpumam ſociare,
Bis binas drachmas iſtis, & jungere quinq;
Aſueſti, lympa ſimul hæc duo namq; ſoluta,
Mellis ad effigiem capiti poſſunt dare ſola,
Quæ paulo ſupra perſcripſi cœtera poſſe.
Si ſint adjuncta & poſt hæc velamina mitræ,
Sed caput ablutum reddat decoctio bletæ.

DE FELLE. 92.

Non eſt ſpernendum fel, ſit licet illud amarum
Vilius & multis, non de virtute peritis
Ejus, at injuſte, quoniam quit multa juvare.
Virtus eſt omni thermantica viſcida felli,
Sed magis eſt alijs, alijs minus eſſe probatur.
Fella gerunt ergo perdices atq; pavones,
Capreoliq; ſimul nemoris, niveiq; capones,
Quæ ſunt unius virtutis dando juvamen:
Suffuſos oculos hæc & caligine plenos
Curant palpebraſq; juvant aſpredine plenas,
Hircus, ovis, porcuſq;, urſus tauruſq; ſecundam
Vim retinent fellis, ventrem quoniam puerorum
Soluit, eo tincta eſt tomentum & ſuccida lana,
Vel collyriolum ſi ſubponatur in anum,
Curat taurinum, conjuncto melle, ſynanchen,
Atq; cicatrices ſanas & vulnera reddit.
Lacte ſed ammixto dolor auris ei muliebri
Infuſum cedit, ſed lac debet ſuperare.

Porri

Porri cum ſucco taurino felle jugato,
Aſſeritur tali medicamine fiſtula pelli.
Traumaticis medicaminibus quæ vulnera curant
Iungitur, illa quidem quia ſanat, & abſq; tumore
Quæ mala ſunt etjam non incurata relinquit.
Teſtes & veretrum ſanat cum melle dolentes.
Optime leproſos curat & furfura purgat
Vnguine ſi nitrum facto fuerit ſociatum.
Omnibus his fel ovis, urſi quoq;, ferre ſalutem
Creditur, urſini pulvis cum melle jugatus
Sumenti prodeſt, epilepticus inde juvatur.
Nyctalopas capreum fel longe pellit inunctum,
Hirci palpebras ſedabit ab unguine craſſas,
Et deturpatis valet hoc ſuccurrere ſtrumis.
Ergo reponendum fel ſic eſt atq; parandum:
Horæ per ſpacium filo coquat unda ligatum,
Vmbra ſiccatum poſt hæc ſervetur ad uſum.

DE FIMO. 93.

SVnt qui non credunt fimos conferre medelam,
Vltima res inter quod ſint, ſed decipiuntur.
Fimus ovillus enim ſi ſit conjunctus aceto,
Nigras emendat maculas cataplaſmate facto,
Naſcentes clavi fugiunt ſic, & ſacer ignis.
Sic ſanat fracta & cum quaßis carnibus oſſa.
Cum cera atq; oleo ambuſtis igni medicatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Fimi paſcentis vaccæ cataplaſma recentis,
In folijs poſitum, carbonibus excalefactum,
Turgida fomento compeſcit vulnera lento.
Iſchiadem curat vel certe idem moderatur,
Impoſitus parti, ſi jungis acerrima vina,
Et cataplaſmatibus ſolitis laxare jugatus,
Duritias ſoluit, ſtruma huic & puſtula cedit.
Sed majora bovis præſtant medicamina maſcli,
Prociduos curant uteros fumo muliebres.
Idem ſuffitus culices fœtore fugabit.
Vtile non modicum dat avis ciconia fimum.
Curat enim ſumptus in aqua potando caducos.
Fimus apri ſiccus, vinoq; terendo jugatus.
Aut lymphæ, vomitum ſanat potando cruentum.
Et lateris veteres ſanat ſolitoſq; dolores,
Illo nil melius ſi ſit conjunctus aceto,
Oſſaq; conſolidat, quaſſata juvans ut ovillus.
Prodeſt luxatis cera roſeoq; jugatus,
Fimus aduſtus equi, vel crudus fimus aſelli
Si velut emplaſtrum fiat comitatus acetum,
Vulnere manantem fertur retinere cruorem.
Fimus quem capræ faciunt tritus nemoroſæ,
Solo cum vini cyatho bibitus comitati,
In tribus ictericum fertur ſanare diebus.
Menſtrua cum folio, ſpica, nardoq; bibendo
Purgat at olibani ſuccus cum pulvere tritus.
Appoſitus vulvis fluxum ſiſtit muliebrem.

Vſtus

Vſtus alopetiam commixto ſanat aceto.
Vncto cum veteri fertur podagræ medicari.
Atq; venenatos percurat coctus aceto
Morſus aut vino, vulnuſq; quod herpeta Græce
Dicitur impoſitus, morbum quoq; parotidarum.
Si veluti cauter de ſicco fiat eodem,
Ponaturq; ſuper ſcapulam, qua parte dolebit
Coxa, ſinatq; diu ſcapulam dum ſentiat uſtam.
Non tamen eripiat morbus dum cedat ab illa.

DE CASEO. 94.

Caſeus inſulſus ſtomacho bonus eſſe probatur,
Eſcis illius quia venter mollificatur,
Corporibus macris & pinguedo reparatur,
Conſtringendo minus ventrem, plus nutrit ovillus,
Plus alijs quoniam fertur quod pinguior extet.
Aſſus & elixus ventrem conſtringere noſcit,
Sicq; tumens oculus illum medicamine poſcit,
Et ſic livores oculos tollit maculantes.
Prævalet aſt omnes bubulus ſedando tumores.
Omnis caprinus ſtringit vetus & bubulinus
Nec prodeſt potius maciei dando nocivus
Lac liquidum pingues ſumptum fertur dare carnes.

DE ARANEAE tela. 95.

TElæ adſtringentes ſunt quā dat aranea vires,
Quare depellit febres admixta quibuſdam
Vnguentis, foveas ſi tempora febricitantis.
Sanguinis appoſitu ſolet & retinere fluorem,
Et fieri prohibet ſaniem quæ concava non ſunt
Vulneribus, ſervans ea ne tumor irruat illis.
Auris cum roſeo compeſcit cocta dolorem,
Candida quæ magis eſt, magis eſt virtute probanda.
Vt ſunt quas agitat ventus poſt tempora meſſis.
Quartanas junctas corio ſuſpenſaq; collo
Pellere confirmant proprio medicamine docti.

DE COCHLEIS. 96.

NOn admirandæ cochlearum ſunt medicinæ,
Quum medicinalis ſubeāt vim ſtercora juris.
Harum terrenæ quædam, quædamq; marinæ.
Non virtute pares, quia terrenæ meliores.
Ast utriſq; tamen vis eſt eadem, licet impar.
Euſtomachas dicunt terrenas, quod movet alvum
Pulvis obuſtarum fervoribus ignis earum.
Eſſe coercentis virtutis tam perhibetur
Et conſtrictivæ, quibus ut cruor exit ab ore
Per ſputum, juvat aſſumptus, reprimit quoq; fluxum.

DE CORNV cervi. 97.

Cer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

CErvi ſtrictivæ cornu virtutis habetur.
Omni profluvio quare aſtringendo medetur:
Sed prius exuri ſic ignibus illud oportet.
Partes ad minimas cornu frangendo redactum
In cacabo poni debet crudo atq; recenti,
Argilla intectoq;,& mox fornace incluſo.
Ardeat, ut candens fiat niveiq; coloris.
Quod ſimul eſt uſtum, veluti quoq; cadmia lotum,
Vtile ſubſcriptis potu & medicamine notum eſt.
Cœliacis hæmoptboiciſq; dyſentericiſq;,
Ictericis, fluxum pariter tenet & muliebrem.
His ad purgandum cochlear detur geminatum,
Veſicæq; dolor fugit admixto tragacantho.
Collyrijs etjam miſcetur pulvere facto
Reumata quæ ſiſtunt, ulcuſq; juvant oculorum.
Si dentifricijs mixtum ſit, plus operantur.
Quis cinis exuſti valeat dixi medicari:
Reſtat aqua coctum quantum poßit referendum.
Quiſquis habet dentes morbo graviore dolentes,
Sectum cum lima cornu crudum coquat unda,
Vas ſit humo factum quo ferveat,inde retractum
Mox aſſumatur,os ut tepido foveatur.
Hoc medicamentum, donec ſit in ore retentum,
Sananſq; adſtringens dentes,fugit hinc dolor ingens
Sic etenim fugiet, quo ſanus perpete fiet.
Hæc limatura at fuerit ſi dedita cruda,
Cum vino vel aqua lumbricos enecat ipſa.

Serpen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Serpenteſq; ſuo quit aduſta expellere fumo.

DE ACETO. 98.

IN deſiccando vis frigida conſtat aceto,
Hinc ſtomacho dicunt quod ſit faſtidia tollens.
Siſtit manantem impoſitum potumq; cruorem.
Et ventris fluxum, ſi ſit coctus cibus inde.
Vulneribus cunctis, fuerint quæ facta recenter,
Subvenit intincta, ſi deſit ſpongia, lana.
Succida fomento, fieri nec talia poſſunt.
Taliter admotum propendentem juvat anum.
Lepras emendat ſic, atq; ignem fugat atrum,
Zernas & maculas, & morſus pellit arachnes.
Siccat fomento podagras, cum ſulphure vivo.
Melleq; livores juncto reddit meliores.
Cum roſeo mixtum caput a fervoribus unctum
Atq; locos alios, ſi detur ſuccida fotu.

DE SVLPHVRE VIVO. 99.

SVlphur ſplendentis vivum niveiq; coloris,
Aſſeritur multam multis dare poſſe medelam.
Virtus eſt ejus, ut dicunt, extenuatrix
Et diaphoretica ac ſimul attractoria, calda,
Empyicis atq; aſthmaticis, tuſsiq; medetur

Pulvis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Pulvis, & ictericis cum menſura cochlearis,
Et fluxum ſanat nares cerebrumq; prementem,
Molli ſi ſumptum ſit in ovo, ſed dat abortum.
Suffitum fieri, ſurdis atq; eſſe medela
Taliter aſſeritur, lethargus ſic quoq; cedit.
Lepras & zernas curat mixtaq; reſina
Scorpio quos ictus fecit, maris atq; dracones.
Hoc quoq; prurigo, ſed cum nitro, prohibetur.
Et ſparſo reſtat fluxus ſudoris abundans.
Reddit aquæ ſanam mixtum nitroq; podagram
Vngues conjuncto leproſos ſulphur aceto,
Et terebinthina pariter corrodere fertur,
Cum vino ſumptus obſtat potata venenis.
Trita ſimul nitrum, pariter mel, ſulphur, acetum,
Cum ſucco lanis inducta calentia, lumbis
Præſtant auxilium forte medicamine divum,
Nec minus hoc ſolum prodeſt adipi ſociatum.

DE ALVMI- ne. 100.

Diverſæ ſpecies dicuntur aluminis eſſe,
Quartus eis gradus eſt, virtus quoq; ſicca ca- (lenſq;
Styptica, mundificans, obſcuris viſibus apta,
Palpebras tenuat, carniſq; ſuperflua rodit
Illarum, vel cum fuerit caro mortua circa.

Vlcera

Vlcera deſiccat mala, reſtringit quoq; farſam
Admixtum gallæ viniq; feci ſimul acri.
Dentibus infirmis gingivarumq; tumori
Prodeſt, cum melle vinum ſi jungitur acre.
Reſtringit fluxum manantis ab ore cruoris.
Puſtula vel ſcabies illo fit ſana, fricata,
Lotave de lympha, cum qua fuerit reſolutum.

FINIS LIBRI
Primi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

CAPITVLA LIBRI SECVNDI DE MEdicamentis totius corporis humani.

AD dolorem capitis 1
Ad Hemicraniam 2
Ad porriginem capitis 3
Ad capillos tingendos 4
Contra Phthiriaſim 5
Si ſit prurigo papulæ 6
Ad Phreneſin et caput purgandū 7
Ad defluvium capillorum 8
De frigore & humoribus 9
Ad Elephanthiaſin 10
Vt cutis & faciei vitia pellas 11
Quomodo auriū vitijs ſuccurras 12
Vt oculorum dolorem mitiges 13

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Ad dentium vitia & oris fœto-
rem 14
Contra vitia fautium, uvæ, coll-
& Nervorum 15
Contra choleram & tuſsim 16
Vt ſtomacho ſuccurras 17
Contra vomitum fellis vel phthi-
ſin 18
Ad mammarum vitia 19
Contra vomitum cibi vel ſangui-
nis curſum 20
Ad jecoris & ad lateris vitia,
& ad telum 21
Ad ſplenem curandum 22
Ad præcordia ſananda 23
Quomodo lumbis & renibus me-
dearis 24

Si ven-

Si venter doleat 25
Vt hydropen depellas 26
Vt ventrem mollias 27
Ad ſolutionem ventris, & dyſenteriam compeſcendam 28
Vt lumbricos & tineas purges 29
Ad coli dolorem 30
Vti veſicam calculis & urina purges 31
Ad conceptum & partum 32
Quomodo profluvio cujuſq; ſanguinis & matricis ſuccurras vitiis 33
Ad pilos oculorum vel quoſcunq; necandos 34
Quomodo omnibus obſcœnis medearis 35

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Contra Iſchiadem & articulorum morbos 36
Contra Furunculum 37
Ad carbonem tollendum 38
Vomicæ & ſtrumæ medendis 39
Contra ignem ſacrum 40
Contra Podagram 41
Ad vulnera ferro aut verbere facta 42
Ad vulnera quocunq; caſu facta 43
Contra hominis aut ſimiæ morſum 44
Contra ſerpentum & viperæ virus 45
Contra ictus ſcorpij & morſus murium & aranearum 46

Ad

Ad ſubitaneos febris dolores 47
Ad Quartanas 48
Ad Tertianas 49
Ad cotidianas 50
Ad Hemitritæum 51
Vt fracturas vel luxationes ſanes 52
Si Nervi inciſi ſint doleant & contracti ſint 53
Ad ſomnum 54
Contra Lethargiam 55
Contra comitialem 56
Contra regium morbum 57
Ad infantum morbos 58
Contra combuſturas ignis vel frigoris 59
Vt venenis occurras 60

Contra jam hauſta venena 61
Ad ulcus curandum 62
Ad verrucas tollendas 63
Contra hæmorrhoidas. 64.

Membro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

PROLOGVS AVctoris. Jn librum Secundum.

MEmbrorum ſeries certo deducta tenore
Vt ſtet (nam ſimilis medicinæ defluit ordo)
Principio celſa de corporis arce loquamur,
Phæbe ſaluti ferum quod pangimus aſſere carmen,
Inventumq́; tuum prompto comitare favore.
Tuq́; potens artis, reducem qui tradere vitam
Noſti, ſeu cælo manes revocare ſepultos.
Qui colis Ægeas, qui Pargama, quiq́; Epidaurum,
Qui quondam placita tectus ſub pelle Leonis,
Tarpeias arces atq́; inclyta templa petiſti
Depellens tetros præſenti numine morbos:
Huc ades & quicquid cupido mihi ſæpe loquutus,
Firmaſti, cunctum teneris expone papyris.

AD DOLOREM capitis.

I.

BAlſama ſi geminis inſtillans auribus addas,
Tum poteris alacrem capitis reparare vigorem:
Vel quæ ſeptenis cenſentur gramina nodis
Vtiliter nectis, vel cornu ex arbore ſectum,
Pulegiumve potens, una ſuper aure locabis.

Aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Aut illud mixto recoquens clementer aceto,
Caute nare trahes, ſeu viſco lintea nexo
Induces fronti: ſeu tritæ gramina mentæ.
Spongia cum tepidis adnexa liquoribus imbris
Proderit, aut hedera ex oleo colata vetuſto.
Si nocuit cerebro violentia ſolis aperto,
Sæpe chelidonia, ex acido perducta liquore,
Sanavit, proſunt & amica papavera ſomno:
Si prius in lento madefacta terantur olivo.

AD HEMICRANIAM.

2.

Portio ſi capitis morbo tentatur acuto,
Allia diviſa lana connecte per aurem.
Inducta proſunt & eodem balſama pacto.
Profuit & cochleis frontem tractare minutis:
Allia vel ternis piperis terna addita granis
Trita lines, certam dabit hæc tibi cura ſalutem.

AD PORRIGINEM capitis.

3.

EST inſenſibilis morbus, & noxia forma,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Cum caput immenſa pexum porrigine ningit,
Copia farris uti frangentibus edita ſaxis.
Hanc poterit maluæ radix decocta levare:
Aut tu fœniculum, nitrumq; & ſulphura viva
Contere, deinde caput permiſtis ablue cunctis,
Furfuribuſve novis durum miſcebis acetum,
Vt varios crines tali des unguine puros.
Proderit & tarda demptus teſtudine ſanguis:
Et prodeſt cedro demiſſus ab arbore ſuccus.
Deſinet interea glomerari farrea nubes,
Ceſſabitq; gravis crebræ porriginis imber,

AD CAPILLOS tingendos.

4.

QVos pudet ætatis longæ, quos ſancta ſenectus
Offendit, cupiunt proprios abſcondere canos,
Et nigrum crinem fuco ſimulare doloſo,
His prodeſt acri contrita cypreſſus aceto,
Vel frons lentiſci ſambuci aut triſtia poma.
Lumbrici quoq; terreſtres miſcentur olivo,
Et juvenem reparant redivivo flore capillum.
Præterea niveum poterit depellere crinem
Reſina ex facili cera viſcoq; coacta.
Ad rutilam ſpeciem, nigros flaveſcere crines
Vnguento cineris prædixit Tullius auctor:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Si prægnans artus captivi ſoricis edit,
Dicuntur fœtus nigrantia lumina fingi.

CONTRA PHTHIriaſin.

5.

NOxia corporibus quædam de corpore noſtro
Progenuit natura, volens abrumpere ſom-
Sic eſt pthiriaſis, ſpecies fœdiſsima morbi, (nos,
Quæ fuit exitio multis, hei morte pudenda.
Silla quoq; infœlix tali languore pereſus
Corruit, & fœdo ſe vidit ab agmine vinci.
Sæpius ergo decet mordax haurire ſinapi,
Vel nitro ac ſale permixtis, acidoq; liquore
Laxatis, adſint ſimul allia, tangere corpus,
Aut lachrymis hederæ, aut ſucco perducere cedri:
Quin etiam furfur mixto medicatur aceto,
Vnda maris lendes capiti deducet iniquas,
Et quicquid crebri defendit ſylva capilli.

SI SIT PRVRIGO papulæ vel ſcabies.

6.

ILLotus ſudor, vel copia nobilis eſcæ,

Sæpe gravi ſcabie correptos aſperat artus,
Ergo lutum prodeſt membris adhibere fricatis,
Quod facit ex aſino ſiccatus corporis humor.
Nec pudeat tractare fimum, quod bubula fudit,
Stercoris ex porco cinerem confundito lymphis,
Sic pavidum corpus dextra parcendo foveto.
Proderit ex oleo pulvis,quem congerit alte
Dulcibus ex latebris patiens formica laborum,
Convenit hinc tepido lita tradere corpora ſoli.
Ferventes papulas oleo curato liquenti,
Aut acido baccho miſcebis farra lupini,
Atq; hinc in calido percurres membra lavacro.
Pruritus autem ſalſos levat humor aceti
Sive maris avidi ſudor: cochleæq; minutæ
Sumuntur, nec non pila piloq; teruntur,
Quorum contactu perimetur acerba libido.

AD PHRENESIN
& caput purgandum.
7.

Ex vitio cerebri phreneſis furibunda movetur,
Amiſſaſq; refert frendens amentia vires.
Sive calens febris jactatos excidit artus:
Sive meri guſtus, ſeu frigoris afficit aura.

Conve-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Convenit ex calidis pecudum pulmonibus apte
Tempora languentis medica redimire corona.
Illotis etjam lanis ſuffire memento.
Cerritum ſæpe horrendi medicantur odores,
Atq; ideo ſanos etjam curarier eſt par.
Purgatur cerebrum miſſa radice pyrethri
Vngitur & ſuccis, ſambucus quos tibi fundit,
Expreſſuſq; hederæ mandatur naribus humor.
Aut mixtum rutæ cerebro ſtillatur acetum.
Non ſemper præſens dolor eſt ſanabilis ægro,
Cura magis prodeſt, venturis obvia morbis.

AD DEFLVVIVM capillorum.

8.

DEfluit expulſus morbo latitante capillus,
Si raro lavitur, ſeu vis eſt pota veneni,
Seu ſalamandra potens, nulliſq; obnoxia flammis,
Eximium capitis tactu dejecit honorem,
Non nunquam variant maculæ, parviſq; parumper
Orbibus aſperſum, ducit nova vulnera tempus.
Vipereæ pellis cineres his addito rebus.
Roboreaſq; pilas urſino jungito ſevo,
Vel teſtudineo mala permulceto cruore.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

DE FRIGORE ET humoribus.

9.

SÆpe ita peruadit vis frigoris ac tenet artus,
Vt vix quæſito medicamine pulſa recedat.
Si ranam ex oleo decoxeris, abijce carnem,
Membra fove, nec non parili ratione rigorem,
Vrticæ ſemen perceptaq; frigora vincit,
Et cervina poteſt mulcere medulla rigorem.
Decoctum raphani ſemen cum melle vorabis:
Sive fel urſinum tepefacta dilue lympha,
Proderit hoc potu. ſeu caßis oſtrea teſtis
Vſta dabit cinerem, qui pro ſale ſumptus in eſcis,
Decutiet gelidum calefacto vertice virus.
Non nullus liquidum ſumit mulſumq; ſinape,
Palatoq; agitans, pariter retinenſq; movenſq;.
Allia non nulli mandunt, oleiq; liquore
Perfundunt calido cerebrum naſiq; latebras,
Quidam lactucæ credunt prodeſſe ſapores,
Curandi modus hic & ſuavis & utilis idem eſt.

AD ELEPHANtiaſin. 10.

EST elephas morbus triſti quoq; nomine dirus,

Non

Non ſolum turbans infandis ora papillis
Sed cita præcipitans funeſto fata veneno.
Huic erit adverſus cedri de cortice ſuccus,
Muſtelæq; cinis, vel fuſus ſanguis ab illa,
Nonnulli dixere ſerum prodeſſe bibendo:
Mentaſtri & ſolium potum appoſitumq; ſalubre eſt,
Nec fruſtra bulbos, & ſulphura jungis aceto.
Præterea vitrum debes cum melle jugatum,
Spargere lacte bovis, varias ſic ungere frontes,
Ceruſam & cretam quam gens Ægyptia mittit,
Thure ſimul miſceq; oleo, quod flore roſarum
Conditum eſt, line ſic faciem, ſic redde ſalutem,
Quod cupis horribiles ad priſtina reddere plagas,
Maſtix, thuſq; ſimul, ſanguiſq; draconis, alumen,
Stannum, vitreolum ſimul hæc miſcentur in unum,
Tunc addes phialam plenam de lacte caballæ,
Tunc oleum ceramq; ſimul, poſt addis acetum,
Omnia mixta coquas, poſt hæc loca vulneris unge.

VT CVTIS ET FACIEI VITIA PROPELLAS.

II.

INvida ſi maculet faciem lentigo decoram,
Nec prodeſſe valent naturæ dona benignæ.
Erucam atq; acidum laticem ſimul illine malis.

Prode-

Proderit & bulbus mellis dulcedine victus.
Crudave tunc acido miſcebis rapa liquori,
Sanguine vel leporis morbus delebitur oris,
Frons ſalicis cum flore ſuo contrita medetur,
Seppiolæ cineres ex oſsibus omnia tollunt.
Cygneos adipes hilari miſceto lyæo,
Omne malum propere maculoſo ex ore fugabis,
Horrebit ſi livor atrox aut nigra cicatrix.
Attrito malis purgare memento ſinapi
Rugarum ſulcos, lentiſci maſtice dentes.
Si vero vitium eſt. quod ducit ab impete nomen,
Hoc matutina poteris cohibere ſaliva,
Seu folio platani quod manſum mane vorabis,
Fœda fluunt curvis quæ purgamenta camelis
Vrentur, cineremq; dabunt, jungentur aceto,
Maſcula thura ſimul, divinaq; cura valebit.

QVOMODO AVRIum vitijs ſuccurras.

12.

CVm ſævus teneras dolor alte ſauciat aures,
Fraxinea in flammis fundit quem talea ſuccū
Inſtilla, ſive obſcœnos ex virgine rores,
Aut ſuccum ex folio dederit quem populus alba.
Sæpe chelidoniæ rapidum ſociatur acetum

Adjun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Adjunctoq; nitro procedit cura ſalubris,
Mentaſtri liquor expreſſus conducere fertur,
Infectum violis oleum bene conſulit auri,
Annoſa rubros ſi legeris arbore vermes
Ex oleo tere, ſic tepidos infunde dolenti
Si vero obſtructa ſenſus morietur in aure
Lumbricos terræ, ſevumq; ex anſere rauco
Excoque, ſic veterem poteris diſſolvere morbum.
Fella bovis ſurdis etjam prodeſſe loquuntur,
Si jungas olidæ grave quod minxere capellæ,
Si vero incautas animal penetraverit aures,
Proderit admixto pavidi fel muris aceto.
Aut ſi lympha nocens pervaſerit anſeris aptus
Immittetur adeps ceparum non ſine ſucco,
Qui gravis eſt oculis, ſenſum tamen auribus auget.
Vis & Phæbigenæ divinam diſcere curam.
Si vero annoſis confecta doloribus auris
Allia tum ſeptem numero ſeptemq; lupinos,
Ceruſſam dabis in teſta, tum delfica frondes
Addatur, mixto totum ferveſcat aceto,
Doctus eris tepidos illinc immittere rores.

VT OCVLOLVM dolorem mitiges.

13.

SVmma boni eſt alacres homini contingere viſus,
Quos quaſi cuſtodes defenſoreſq; pericli.
Proſpiciens, ſumma natura locavit in arce:
Si tamen ut nullos paterentur deſuper ictus,
Atq; ſupercilio pavidi tegerentur opaco.
Sed dolor immeritum lumen ſi forte laceſcat,
Lana madens oleo noctu connectitur apte.
Viventi venæ lumen geſtatur amicum,
Ex folio caulis cineres confectaq; thura
Et laticem bacchi fœtæ cum lacte capellæ
Si ſuper inducas atq; una nocte probabis.
Hiblæi mellis ſuccus cum felle caprino
Subveniunt oculis dira caligine preſſis.
Betonicæ manſus ſiccabit lumina ſuccus,
Si tenebras oculis obducat pigra ſenectus,
Expreſſæ maratro guttæ, cum melle liquenti
Detergere malum poterunt, vel vulturis atri
Fella, chelidoniæ fuerint quæ germine mixta.
Hæc etiam annoſis poterunt ſuccurrere morbis.
Fel quoq; de Gallo mollitum ſimplice lympha,
Exacuet puros dempta caligine viſus:
Sive columbarum fimus miſcetur aceto,
Seu fel perdicis parili cum pondere mellis:
Vina chelidoniæ ſimili ratione plicentur,
Efficiuntq; ſuo præclaros vnguine viſus.
Aſpera quinetiam mulcent & rupta reducunt,
Si genus eſt miſerum morbi, quod lumen adurit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Hic calor infuſo miteſcit lacte canino,
Anguibus ereptos adipes ærugine miſce,
Hæc poterunt ruptas oculorum jungere partes,
Si vero horrendum ducent glaucomata peplum
Spiritus alterius prodeſt, qui grana cimini
Pallentis mandens viſus exhalat in ipſos.

AD DENTIVM VItia & oris fœtorem.

14.

HAud facile eſt acrem dentis tolerare dolorem
Quo magis eſt æquum medicam pernoſcer
Cum baccho violas decoxeris ore teneto, (curam
Manſus item prodeſt ſuccis oleaſter acerbis:
Hinc oſcedo fugit linguæ quoq; vulnera cedunt.
Cum vino pipere & nitro tepidum inde dolenti,
Sæpe chelidoniæ ſucco vel lacte capellæ,
Saneſcunt dentes aut tauri felle juvantur:
Aut acidi latices clauſo volvuntur in ore,
Manditur apta rubus gingivis & bona labris,
Lentiſcus mirtuſq; emendant oris odorem.
Quod vero aſſumpſit nomen de dente fricando,
Cervino ex cornu cinis eſt aut ungula porcæ
Torrida, vel cinis ex ovis, ſed non ſine vino,
Muricis aut toſti, vel bulvi extincta favilla,
Ambitioſa putas: ſunt iſta ſalubria cunctis,

Exeſo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Exeſos autem dentes, ſi forte quereris,
Vre fimum muris patulis & dentibus adde.
Vel cinerem dentis cervini extinguere aceto
Convenit, atq; cavis immittere partibus apte,
Prodeſt & pulvis lumbrici corpore toſto,
Ora ambuſta cibo ſanabis lacte canino,
Si tumor inſolitus typoſe tollat inani
Turgentes oculos vili circumline cœno.
Aut tu ſume pilam quæ caudis hæret ovinis
Sæpe etjam gelida gingivas collue lympha
Dentibus ut firmum poßis ſervare vigorem,
Si vero infandum proſerpit ad intima vulnus,
Permiſceto ſalem parili cum pondere thuris.
Hinc tractato locum miram experiere medelam,
Hæc ſiccata dabunt molles & fracta farinas,
Hujus & attritu tetrum mulcebitur ulcus.

CONTRA VICIA faucium uvæ, colli, & Nervorum.

15.

ÆGreſcunt teneræ fauces cum frigoris atri
Vis ſubijt, vel cum ventis agitabilis aer
Vertitur, atq; ipſas flatus gravis inficit undas,
Vel rabidus clamor factus cum voce ſonora

Planum vadit iter, ſic eſt Hortenſius olim
Abſumptus, cauſis etenim confectus agendis
Obticuit cum vox domino mandante periret,
Et nondum extincti moreretur lingua diſerti.
Ergo omni ſtudio quæ res inhibere dolores
Hos poßit, cunctis certe arbitror eſſe notandum.
Simplicibus lymphis confunditur aerium mel:
Additur, excuſſus nivea ſimilagine, furfur
Decocta hæc clauſo ſimul exercentur in ore,
Præterea fauces extrinſecus ungere prodeſt
Vrſino & tauri ſevo ceriſq; remißis:
Omnia quæ geminis æquabis lancibus ante,
Diſce etjam miram ex humili medicamine curam:
Attiaco melli junges agreſte papaver
Decoctumq; ſimul mandes, manſumq; vorabis.
Criniti porri radices quinq; coquantur.
Hinc aqua non fervens volvatur voce ſonora:
Nec tamen in ſtomachum deſcendat gutta patentem.
Si vero afflictam languor dejecerit uvam
Tunc horas aliquot pronus recubare memento.
Aut illam pulvis toſti relevabit anethi,
Aut cinis ex cochlea vel torrida braßica flammis.
Angina vero mixtum ſale poſcit acetum,
Quod referas clauſum verſatum agitare palato:
At ſi cervices durataq; colla rigebunt,
Mira loquor geminus mulcebitur unguine poplex:
Hinc longum pariter nervos medicina ſequetur:
Anſeris aut pingui torrentia colla fovebis

Illini-

Illinitur valido multum lens cocta in aceto.
Aut capræ fimus & bubuli aut cervina medulla,
Hoc etiam immotos flectes medicamine nervos:
Quos autem vocitant tullos attingere dextra
Debebis qua grillus erit preſſante peremptus,

CONTRA CHOLEram & tuſsim.

16.

Noxia ſi choleræ penitus ſævire venena
Perſpicies cocta lactucæ fronde levabis,
Proderit & caulos aſſumere ſæpe madentes
Interdum fauces tuſsi quatiuntur atroci,
Allia tunc ſumes decocta & melle peruncta,
Semina vel raphani permixta dulcia melle.
Aut ſi fraxinea ſemen de fronde revellis,
Interiora vora veritus contingere dente:
Gummi melle teres domitum ferventibus undis,
Marrubiumve potens, hæc faucibus optima ſumes
Frenabiſq; gravem facili medicamine tuſsim.

VT STOMACHO ſuccurras.

17.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

QVI ſtomachum regem totius corporis eſſe
Contendunt, vera niti ratione videntur.
Hujus enim validus firmat tenor omnia membra,
At contra ejuſdem franguntur cuncta dolore,
Quin etjam niſi cura juvat vitiare cerebrum
Fertur & integros illinc avertere ſenſus.
Lactucæ ſemen nigræ quod lignea pila
Triverit admixto jejunus ſumito melle.
Sed cochlear trinum guſtu tibi ſufficit uno:
Aut tritum ſemen raphani, mulſumq; juvabit
Sive duæ partes apſinthij ac tertia rutæ
Decoctis potentur aquis, ſiliquæq; madentes
Semina vel maratri fœtæ cum lacte capellæ.
Pulegium quoq; decoctum curabit amice
Et potu & fotu ſtomacho conducit acetum,
Seu cochleas undis calefactas ac prope victas.
Suppoſitis torre prunis vinoq; garoq;
Perfuſas cape, ſed prodeſt magis eſſe marinas.
Et male digeſtis ſi crapula ſæviet eſcis.
Ex pipere & calida florem de rore marino
Ebibe ſeu ſalibus piper adde & tunde ciminum.
Quæ coctis tanges epulis & rapta vorabis,
Aut cubitum pergens ſuccum cape triſtis aceti,
Ventriculum mergi, jacto ſale contere valde
Toſto pane ſuper piperis quoq; pulvere multo
Miſcentur capies divinum munus in iſtis
Proderit hoc ſtomacho victas & concoquit eſcas
Grana peregrini piperis defundito quinq;

Succo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Succo mellis enim quæ mane inſerta capeſces.

CONTRA VOMItum Fellis vel Phthiſin.

18.

Lutea ſi creſcant & cunctis noxia fella,
Allia parva novem piperis tot permole grana,
Quæ cyatho diluta gari, mandeſq; bibeſq;
Hæc iterum ſeptena capis, poſt deniq; quina,
Præterea caules, ſi frondet parva ſambucus,
Decocto ſale permiſces ac jungis olivo
Tunc capis ac tali auxilio fella horrida purgas
Proſunt & pelagi latices quos pondere juſto
Dulcibus aſſocias limphis melliq; liquenti,
Et niveus prodeſt, ex ubere ſuccus aſellæ
Si tepido vinum infundas ac mella piperq;,
At vomitum radix narciſci pota movebit.
Si vero phthiſis annoſo ſedet improba morbo,
Intritas vino cochleas hauſiſſe juvabit:
Proderit & veteris ſævi pila ſumpta ſuilli
Quo ſcapulas quoq; perducit medicina ſalubris.

AD MAMMARVM vitia.

19.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Vbera fœcundo valde lactantia ſucco
Sæpe ſibi noxæ, nimium manando, fuerunt,
Fece igitur valida duri reprimuntur aceti.
Poſt partum tumidas in juſte aſſurgere mammas
Interdum aſpicies, harum mala commemoratur
Murinus fimus ex pluvio ſedaſſe liquore.
Sin autem clauſas penitus dolor angit acerbus
Lumbricis terræ turgentes junge corymbos,
Si caſtigatas ſtudium eſt reparare papillas,
Ex hederæ ſertis ambas redimire memento
Protinus & raptas fumis mandare coronas.
Anſeris aut ſevum pariter cum lacte tepenti:
Proderit aut ovum tulerit quod garrula perdix.
Præterea pluvio decocta papavera rore
Hæreſcunt multis prius abſolvenda diebus.
Vis & Phœbigenæ cœleſtia ſumere dona?
Vbera cum tetris laniata doloribus horrent
Napis ramentum & quæ nomine praſion herba eſt
Et quæ vulgari ſermone inſana vocatur,
Græcos juſquiamon propria ſcit dicere lingua,
Nec non & calami radix lapatiq; legumen
Mixta dabunt miras, experto crede, medelas.

CONTRA VOMI-tum cibi vel ſanguinis curſum. 20.

SI ſtomachus nondum concoctas expuit eſcas,
Et magis atq; magis vitium removendo valeſcit:
Allia cedemus crebrumq; trahemus odorem.
Sin etjam rutilus referetur pectore ſanguis,
Sorbitio mentæ coctus raphanuſve juvabit.
Sæpe lapis teritur ſpecularis nomine dictus,
Et mixtis hauritur aquis ſiſtitq; cruorem.
Vritur interdum raptus de ſubere cortex
Et cinis ex calido prodeſt epota lyæo,
Ovorum cinis aut cochlearum aut deniq; mellis
Aut cinis ex ſalicum ramis prodeſſe putantur.
Aut platani pilulas acri infundemus aceto
Nullus erit ſanguis, quem non cibus iſte moretur.

AD IECORIS ET AD lateris vitia & ad Telum.

21.

SI molles jecoris fibras dolor angit acerbus,
Protinus ex mulſa potanda lelifagus herba eſt.
Sumitur & ſemen quod fraxinus alta profudit,
Vultureumq; jecur vel jus perdicis apricæ:
Præterea ſimili drachma pix dura piperq;
Franguntur ſic in mellito pulvere juncta
Egelidis miſcentur aquis, recreantq; bibentem.
Apſinthij quoq; decocti potabitur humor.

Si latus immeritum morbo tentatur acuto
Accenſum tingens lapidem ſtridentibus undis,
Hinc bibis aut aceris radicem tundis & una
Cum vino capis, hoc præſens medicamen habetur.
Quid referam multis compoſta filonia rebus.
Quid loquar antidotum varijs quis iſta requirat,
At nos pauperibus præcepta loquamur amica.
Nec non & jecoris quæretur fibra lupini,
Iungeturq; ſimul coſtum foliumq; piperq;:
Quæ diluta ſimul dantur potanda lyæo,
Eſt & vis morbi quod telum commemoratur,
Cum ſubito dolor inſanus furit incitus ictu:
Erucæ potu vis morbi tollitur hujus.
Quæ mihi cura ſatis caſu monſtrante probata eſt.

AD SPLENEM curandum.

22.

Quando lien tumido circumligat ilia vinclo:
Et plenum ſplenis demonſtrant membra rigorem:
Mollibus ex hederæ tornantur pocula lignis:
Hinc trahit aſſuetos æger quoſcunq; liquores,
Aut viridis coctorum olerum potabitur unda.
Proderit exuto fluvialis hirudo cruore,
Sive mirica potens ſeu ros, cum pane, marinus:
Aut hederæ ſuccus potu appoſituſq; juvabit.

Nec non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Nec non intactum ferro quam videris alnum:
Huic liber eripitur ſine ferro, decoquiturq;,
Donec victarum pars tertia ſubſit aquarum:
Hinc medico potu pulſus dolor omnis abibit.
Non nulli memorant conſumi poſſe lienem,
Siq; ſerum ſemper jejuno ſumpſerit ore,
Arida ficus item fervente domatur aceto
Et trita illinitur, vel ſplen apponitur hædi.
Marrubium in vino potum prodeſſe loquuntur.
Præterea piper ac nepitæ, cum flore & anetum
Nicolauſq; apio ac boletus jungitur una.
Horum decoctos latices potare ſalubre eſt.
Pulegium, abrotanum nitida cum maſtice coctum
Ac timbræ ſpeciem quam commemorant cephaleten
Prædictos ſpleni teſtantur poſſe mederi.
Dulcia Plautus ait grandi minus apta lieni:
Splen tumidus nocet, & riſum tamen addit ineptum
Vt mihi ſardois videatur proximus herbis.
Irrita quæ miſeris permiſcent gaudia fatis.
Dicitur exſectos faciles auferre cachinnos
Perpetuoq; ævo frontem præſtare ſeveram.

AD PRAECOR-dia ſananda.

23.

Langui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Languida ſi duro turgent præcordia morbo,
Miſcentur mulſæ farris ſextarius una
Nec non & lini tunſum ſiliquæq; legumen,
Hæc decocta ſimul nondumq; tepentia nectis.
Aut quæ poma cydon Cretæis miſit ab oris
Cocta teres, durum ut poſſis mollire tumorem.
Ocima præterea bulbive linuntur amari,
Proderit & lymphis corpus verſare marinis.
Quin etjam catulum lactantem apponere membris
Convenit, omne malum tranſcurrere fertur in illum.
Cui tamen extincto, munus debetur humandi,
Humanos quoq; contactus mala tanta ſequuntur,
Et junctus vicium ducit de conjuge conjunx.
Quod ſupereſt thyraci junges ramenta carinæ
Quodq; decem ex rebus cæſi ſimulatq; vocatur
Maſticis addentur fractæ cum mollia farra
Talibus auxilijs præcordia tuta reſident.

QVOMODO LVMbis & renibus medearis.

24.

Cum ſævit penitus hærens injuria lumbis
Igne lapis candens datur exultantibus undis
Hoc poteris potu triſtem ſuperare dolorem.
Aut pice cum melle nitrum ſurfur & acetum,

Succida lana rapit contracta calentibus iſdem
Proderit hanc ægris crebro perducere membris
Aut caput aſparagi cum vino ſume vetuſto,
Seu mavis appone, modus conducit uterq;,
Aut adipi mixtum lumbis inducito ſulphur
Farraq; quæ tremulis proſunt ſudantia flammis
Fertur amigdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus:
Pinſitur hæc, tepidis abſorbitur addita lymphis:
Aut tres ex vino cochleas ferveſcere cogis,
Cumq; ſuis domibus frangis, piperis quoq; grana
Ter quinq; adÿcies, potuq; juvaberis illo.
Furfur item parca fuerit cum fervidus unda,
Poſt oleo madidus ſuccis immittitur aptis,
Quæ vix paſſuris urentia jungito membris.
Prodeſt cervinæ violans natura medullæ:
Nec nocuit ciceris cocti potaſſe liquorem:
Aut mixtam teneris madidamq; letiſagon undis,
Conteriturq; ſimul cum maſtice confer anetum.
Quodq; decem rebus componi ex nomine clarum eſt
His contunde locum, dans hæc mihi certa probavit.

SI VENTER doleat.

25.

SI dolor inſanus tota deſævit in alvo
Heminulis tribus in lymphæ validam coque rutã

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Ac apium donec pars duplex deſit aquarum
Potus erit medicus non detractante palato.
Præterea nivei ſterilis teſta uritur ovi:
Sæpe chelidoniæ cum ſucco palladis addes:
Quæ poſtquam in teneram fuerit converſa farinam,
Ex calidis potatur aquis, & pota medetur
Nec non jungenda eſt utero nova virga miricæ:
Illæſa hæc ferro terraqꝫ intacta geratur.
Aut medio ventris prodeſt aſpergere terram,
Quam ſignaverunt veſtigia preſſa rotarum.
Proderit & pulvis facili ſub cardine raptus.
Quin etjam e lymphis tritum potare ciminum
Conveniet, quod jam nobis documenta probarunt.
Menta quoqꝫ hoc pacto medicos dabit hauſta ſapores
Cœliacos autem recreabis pane ſalubri
Quem madido farre efficies & mollibus ovis
Ovorum teſtam prius evaneſcere aceto
Refert & teretes bulbos mollire terendo
Hæc durum ventris tollunt potata dolorem.

VT HYDROPEN-depellas.

26.

Corrupti jecoris vitio vel ſplenis acerbus
Creſcit hydrops, aut cum ſiccatæ febre medul-(læ
Atqꝫ avidæ fauces gelidum traxere liquorem

Tunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Tunc lympha interius vitio gliſcente tumeſcit,
Secernens miſeram proprio de viſcere pellem.
Conveniet teneræ radix decocta ſambuci,
In geminis calidi ciathis potanda lyæi.
Fraxineum ſemen cum bacchi rore bibendum eſt.
Nec non appoſito curantur dropace membra
Aut calido filicis radicem mollit Iaccho
Vnguine quo frangit vires languoris aquoſi.

Vt Ventrem mollias.

27.

SÆpe cibi ſpecie, vitio vel corporis ipſo,
Potibus aut duris reſtricta morabitur alvus:
Vincetur talis mora germine mercurialis
Cujus aquam coctam minimo cum melle bibemus.
Prunaq; conveniunt quæ mittit clara Damaſcus
Quin age & in tenui certam cognoſce ſalutem.
Aut igitur tectum lana ſupponis alumen:
Aut edis in patinis teneris decocta ſabuci:
Vel cum lacte capræ mulſum ſalſumq; capeſces:
Crede tamen potum meliorem lactis equini.
Dicitur hic calidos aſinæ præ vincere ſuccos
Sylveſtris fici lachrymam prodeſſe loquntur.

Ad ſolutionem ventris & ad dyſenteriam cõpeſcendam. 28.

Tam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Tam varij caſus mortalia ſecla fatigant,
Vt ſint diverſis obnoxia corpora morbis.
Sæpe etjam nimio curſu fluit impetus alui:
Frenatur mixto cum fervet braßica vino:
Aut ceraſi victum longo jam tempore pomum:
Succus ariminæ vitis cum pane medetur.
Mel bene permixtum calido potatur aceto:
Vile quidem facile & factu, tamen utile credo,
Si lædunt medica data purgatoria dextra,
Adjecto piperis medicatur pulvere caldo.
Sin autem longo decurrunt intima fluxu
Atq; immane malum longo jam tempore gliſcit
Torridus ex vino cortex potabitur ovi:
Ramentum nivei credunt prodeſſe elephanti:
Arbore piramea cortex direpta coquatur
Axe ſub æthereo, ſic nigro mixta lyæo,
Immenſum poterit potu retinere fluorem.
Numinis aut juſſu cedrum cum maſtice miſces,
Mellitamq; pice & raſum de navibus unguen
Languida quo fidens medicamine membra fovebis
Proderit & pueris quos dentis origo fatigat.
Caſtaneas coxiſſe nuces & ſorba vetuſta
Atq; apium cauleſq; rubus quos fundit acuta,
Potio quæ fluidam conſumpta morabitur alvum.

VT LVMBRICOS & tineas purges. 29.

Quid

QVid non adverſum miſeris mortalibus addit
Natura, interno cum viſcere tinea ſerpens
Et lumbricus edax vivant inimica creatis.
Quod genus aſsiduo laniat præcordia morſu,
Sæpe etjam ſcandens oppletis faucibus hæret,
Obſeſſaſq; vias vitæ concludit anhelæ.
Ergo cinis cornu cervini proderit hauſtus:
Vel nepite tritum in vino vel lacte capellæ.
Sed tamen & ſuccus medici potatur aceti.
Prodeſt præterea cum baccho perſica frondes:
Democritus memorat mentæ conducere potum:
Sumitur abrotanum, nec non & vile melantum.
Allia per ſeſe ſanant, aut jus coriandri.
Quin & marrubium decoctum hauſtumq; juvabit,
Pulegiumve potens,& agreſte jugatur anethum.
Syntheſis hæc prodeſt unda mollita calenti.

AD COLI DOlorem.

30.

CVm colus,inviſum morbi genus, intima carpit
Mande galem victam volucrem quam nomine (dicunt
Aut pavidi leporis madefacta coagula pota:
Sive apio nepetas tereti cum maſtice junges:
Nec non & ſpecies ambas athlantis anethi.
Quarum decoctos patiens haurito liquores.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

VT VESICAM calculis & urina purges.

31.

SI cui veſicæ tardus cunctabitur humor,
Nec mora rumpetur vino provecta vetuſto.
Prodeſt ex parvis acinos potare ſabucis,
Aut hederæ ſuccum aut lachrymoſi trita ſinapi.
Nec non reſinas exortas ex terebinto
In ſpetiem eruiliæ parvos glomerabis in orbes,
Quos ternos tepida mixtos hauſiſſe medela eſt.
Quondam etjam nimio præceps urina fluento
Irrigat exuvias obſcœnoq; irrigat imbri,
Proderit ergo cinis Nepitæ, ſi talia paſſo
Ex vino detur, vel ſimæ lacte capellæ.
Tum leporis cerebrum ex vino potare juvabit.
Si dolor internam veſicæ concoquit alvum,
Subveniet frondoſa radix potata cypreſſi
Pulegiumve potens, domitum ferventibus undis.
Si vero in lapides denſus convertitur humor,
Qui retinent curſus gemitumq; dolore frequentant,
Saxifragam ſeu frontigenem ſuccurre credunt:
Præterea ſemen mirthi ſylveſtris jaccho,
Atq; oleo mixtum bibitur, nec deſit acetum,
Vinaq; ſumantur fricto condita cimino.

Sæpe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Sæpe palumborum capitur fimus acre ferorum
Dulcacidis ſparſum ſuccis tritum atq; ſolutum.
Nec non obſcœnus capræ potabitur humor,
Obruet hic morbum, labefactaq; ſaxa remittet.

AD CONCEPTVM & partum.

32.

IRrita conjugij ſterilis ſi munera languent,
Nec ſobolis ſpes eſt multos jam vana per annos,
Fœmineo fiat vitio res nec ne ſilebo:
Hoc poterit † quercus magni monſtrare Lucreti: †quartus
Sed natura tamen, medicamine victa potenti,
Sæpe dedit fœtus, ſtudio curante paratos.
Aut igitur leporis conſumpſit fœmina vulvam,
Aut ovis in ſtabulis fractas cum ruminat herbas,
Pendentem ſpumam molli deducit ab ore,
Atq; illam meminit mixto potare falerno.
Mercurialis item capitur communiter herba,
Sic cubitum noctu conjunx feſtinet uterq;.
Atq; ubi jam certum ſpondet prægnatio fœtum,
Vt facile vigeat ſervata puerpera partu,
Diptamnum bibitur, cochleæ manduntur edules.
Aut qui olim menſes minus octo moratus in aluo eſt,
Irrumpit thalamos, & nexus ſoluit inertes,
Pulegij quoq; eam purgari convenit imbre

Cujus opem veram caſus mihi ſæpe probarunt.
Quin etjam ſtercus ſupponunt vulturis atri
Sentiat & minime partus quam proximus urget.
Ova etjam rutæ, & fragili miſcentur anetho,
Quæ diluta ſimul vino atq; exhauſta medentur.

QVOMODO PROfluvio cujuſque ſanguinis, & matricis ſuccurras vitiis.

33.

SI modicus pleno manat de corpore ſanguis,
Subvenit, at nimius cum vita funditur ipſa,
Quapropter multo naris completa cruore,
Cum fluit, attritus cimex conducit odore.
Lana oleo madefit, ſed nondum lauta, roſato,
Hoc datur in nares, vel claudit denſius aures,
Contritis prodeſt cochleis obducere frontem.
Aut Galli cerebro mitiſve cruore columbæ.
Quod niſi ſupprimitur, ſanguis eſt ipſe bibendus.
Præterea varijs caput emetire papiris,
Detrahe quod ſupereſt, alio genitalia necte:
Fœmineas prodeſt illinc vincire mamillas,
Menſtruus immenſo ſi profluit impete ſanguis
Qui dolet atq; illas vulnus deſpumat in ipſum
Succida lana malos remoratur ſubdita curſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Mortua quinetjam producit corpora partu,
Sed quocunq; fluit vis immoderata cruoris:
Subernus cortex calidis potatur in undis,
Ante minutatim ſtudio vincente terendus,
Pulegij calido purgatur fœmina potu.
Sed ſi forte cruor clauſa cunctabitur aluo:
Aut molles nepitæ aut rutæ quæcunq; bibentur,
Aut, ſi puniceos fundit veſica liquores,
Marrubium ex ſparſo tritum perfunditur undis:
Hi poterunt hauſtus rutilum purgare colorem.
Reliquias partus leta tibi detrahet herba.
Quod ſi fœminei properabit ſanguinis imber,
Eſt qui fruſta molæ percuſſo decutit uno:
Quorum aliquid lanis tectum ad præcordia nectit:
Hæc ſimul incantans, ſiſti debere cruorem,
Vt lapis ille viæ ſolitos jam deſtitit orbes.

AD PILOS OCVlorum vel Quoſcunq; necandos.

34.

Mollis & hirſutas horret laſcivia ſetas,
Et gaudet rapto nudari flore pilorum.
Sed bona nonnunquam vellendi cauſa videtur,
Corpora cum renovat ratio manifeſta ſalutis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Namq; oculos infeſta pilorum tela laceſſunt,
Quodq; illis dederat validum natura tuendis.
Inde inimica ſeges proprios deſævit in orbes,
Ergo locum crinis vulſi continge cruore,
Quem dat avis, tremulas ſimulat quæ pellibus alas.
Præterea quaſcunq; voles avertere ſetas,
Atq; in perpetuum rediviva obcludere tela,
Corporibus vulſis ſaniem perducito ranæ,
Sed quæ parva ſitu eſt, & rauco garrula queſtu.
Nec non e ſtagnis ceſſantibus exul hirudo
Sumitur, & vivens ſamia torretur in olla.
Hæc acidis ungit permixta liquoribus artus,
Avulſamq; vetat rurſus procreſcere ſylvam.

QVOMODO OMNIbus obſcœnis medearis. 35.

Dicendum & quæ ſit membris medicina pudendis.
Languidus antiquo purgatur penis jaccho
Ac ſuper illinitur fœcundæ lacte capellæ,
Mane novo myrti frondes commandere prodeſt.
Qui dolet atq; illas in vulnus deſpuat ipſum.
Fece etjam vini genitalia lauta levantur.
Aut tumidos teſtes nereia lympha coercet,
Vel bulbi ex mulſo cera vel mixta cypreſſo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Aut faba cum tepidis vini decocta fluentis,
Ramicis immenſum fertur cohibere tumorem
Far madidum lymphis feralis fronde cypreſſi,
Vnde etjam potu frons hæc memoratur amico.
Sin autem exiſtat durum tibi glandibus inguen:
Proderit induci cochleas cum melle minutas.
Obſcœnos ſi pone locos nova vulnera carpent
Hortenſum manſa curantur fronde ruborum.
Aut ſi jam veteri ſucceſſit fiſtula morbo,
Muſtelæ cinere immiſſo purgabitur ulcus,
Herba chelidoniæ fertur cum melle mederi,
Herbaq; cum ſevo folijs de mille vocata.

CONTRA ISCHIAdem & articulorum morbos. 36.

SÆpius occultus victa coxendice morbus
Perfurit, & greſſus diro languore moratur.
Populus alba dabit medicos de cortice potus:
Nec non & teneræ fauli de fronde geniſtæ
Arreptos caules, acidoq; liquore madentes,
Sumere conveniet, rubeam quoq; ducere potu,
Aut ex bithinio cochleas haurire lyæo,
Si vero articulos tabes inimica per omnes
Hæſerit, ex ficu betas cum melle ligabis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Vel pelagi latices ſimul & baccheia dona
Sumere curabis, nimio ſed parcito vino,
Ennius ipſe pater cum pocula ſiccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruiſſe dolores.

CONTRA FVRUNCULUM

37.

CVm ſanguis nimius puri commixtus atroci
Æſtuat aut papulas alte ſuſtollit acutas,
Reſinam miſces & ſaxis hordea fracta,
Conſperſa hæc tepidis apponere convenit undis.
Vis & juſquiamum, cinerem, ſevumq; jugatum
Nectere, non minus hæc poterit medicina juvare,
Præterea fimum ex gallo quem legeris album
Imbribus ex acidis fidens appone dolentis
Auribus, aut pecudum molles expromito ſordes.
Vnguine quo fotis dabitur medicina p-pillis.

AD CARBONEM tollendum

38.

HOrrendū magis eſt perimit qui corpora carbo:
Vrit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Vrit hic incluſus vitalia rumpit apertus:
Hunc veteres quondam varijs cavere medelis.
Tertia namq; Titi ſimul & centeſima Livij
Charta docet, ferro talem candente dolorem
Exactum, aut poto raporum ſemine pulſum.
Ni faceret dicens vix ſeptem poſſe diebus
Vitam produci, tanta eſt violentia morbi.
Inde acidum laticem coriandri ſemine junges:
Atq; fimum pariter paphiæ compone palumbæ:
Hinc line duratas partes & clauſa venena.
Præterea triti reſerant & operta lupini.
Nonnullus calcem vivam diſſolvit aceto,
Fumantemq; nivem papulis apponit acerbis.
Eſt qui Gallinæ perducat ſtercore corpus.
Allia vel piperi parce commixta linuntur,
Pythagoræ cognata levi condita cimino,
Proderit & madido fermentum polline turgens.

VOMICAE ET ſtrumæ medendis.

39.

Sunt alij quos dura movet natura tumores,
Non minus horrendi, ſed non ita pernitioſi:
Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam.
Simplice reſina miſcebimus hordea tunſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Et mulſos amnes, & purgamenta columbæ
His bene decoctis, languentia membra foventur:
Mollis odorato faba jungatur coriandro:
Proderit appoſitum, mollitq; aperitq; tumorem,
Aut de farganio radix decocta paluſtri,
Quæ ſale commixto pariter condita teratur.
Proderit & manſum quod traxerit arbore viſcum.
Gramen juſquiami ceræ ſevoq; vetuſto
Concilia, mixtiſq; locos perduce dolentes.
Excercere etjam corpus medicina potens eſt.
Ovum diffundis in fictile, deinde putamen
Marrubij ſucco implebis pus melle liquenti:
Omnia conſociata tepenti proſpera potu
Sumuntur, reſerantq; malum purgantq; levantq;.

CONTRA IGNEM ſacrum

40

EST etjam morbi ſpecies quæ dicitur ignis
Languida, quo multo torrentur membra calore
Vel tu vicino ſevum bovis igne remittis
Mollitumq; lines, vel oloris fecibus ova
Sed non cocta dabis, ſic torrida membra fovebis.
Lumbricus terræ mixto inducetur aceto.
Aut parili nova ruta modo, ſed jungis olivum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Ovaq; cum betis proſunt ſuper illita tritis.
Allia dant cinerem ſociandum oleoq; garoq;
Vnguine quo gliſſens deponet flamma furorem
Sæpe chelidoniæ pars candida jungitur ovi,
Quæ modico potu ſed valde trita capeſces
Aut miſcere memor lymphas amnemq; ſalerni.

CONTRA PODAgram.

41

QVædam ſunt rabidæ medicamina digna Podagræ,
Cujus terrigenas ſpecies Epidaurius ipſe
Dixit ineſſe duas, requiem tamen indere morbo
Fas erit, & triſtem ſaltem mulcere dolorem.
Ergo age & arreptam filicis frondemq; librumq;
Cum vino tere, ſic contractos perline nervos:
Aut cum prima mali ſeſe oſtentabit origo,
Fervida non timidis tolera canteria plantis,
Semineciſve hirci reſerato pectore calces
Inſere ſic diræ reprimis primordia peſtis.
Aut ſi corruptus perſederit altius humor,
Trita cypreſſus ibi baccho jungetur acerbo.
Panibus & teneris cohibebit juncta colorem,
Parva ſabucus item hircino collita ſevo,
Triticeæq; acido manantes amne farinæ,

Aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Aut nitidum ranæ decoctum viſcus olivo.
Sive chelidoniæ ſuccus ſale mixtus aceto.
Sunt quibus appoſita ſiccatur hirudine ſanguis.
Non audita mihi fas ſit ſed lecta referre:
Hoc quidam rabidus morbo per tempora meſſis,
Vicino plantas frumenti preſſit acervo,
Evaſitq; gravem, caſu medicante, dolorem.

AD VVLNERA ferro aut verbere facta.

42.

NAturæ vitijs medicas objecimus artes:
Nunc & fortunæ jaculis obſiſtere par eſt.
Si cui forte lapis teneros violaverit artus,
Necte adipes vetulos & contritam chameriſcon:
Nec pudeat luteæ ſtercus perducere porcæ.
Sin autem ſævo laceratum verbere corpus:
Tunc cineres, ceras, lixivia ſolvat & ova,
Admixtoq; oleo vibices comprimit atras.
Si vero inferius manat de vulnere ſanguis.
concholi *Purpura torretur † conchino perlita fuco:*
Hujus & atra cinis currentem detinet undam:
Verrucæ quoq; deſectæ frenare cruorem
Dicitur ambuſtus Tyrio de vellere pulvis,

Præte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Præterea nimios reſerati vulneris amnes
Peniculi cinis aſtringit vel fimbria porri,
Seu fumus manſi cum teſtis uritur ovi,
Et reprimit fluidos miro medicamine curſus:

AD VVLNERA quocunq; caſu facta.

43.

CVm ſint humanæ varia infortunia vitæ,
Vulneris & ſpecies vix ulli dinumerandæ:
Vt nequeam proprias cunctis aſſcribere curas:
Iſdem igitur monitis caſus ſanabimus omnes.
Sic tamen, ut nullus medicinam incluſerit error,
Ergo modus quicunq; obtingit vulneris atri,
Contritus cum melle dabit medicamina bulbus.
Herbaq; quæ folijs nomen de mille recepit,
Appoſita prodeſt adipi permixta vetuſto.
Succida cum tepido nectetur lana lyæo,
Ambuſtæve cinis complebit vulneris ora,
Concludit vero vel frons vel ramus ab ulmo:
Aut ſuccis hederæ pulchreſcit fœda cicatrix.

Sive

CONTRA HOMINIS aut ſimiæ morſum.

44.

SIve homo, ſeu ſimilis turpiſſima beſtia nobis
Vulnera dente dedit, virus ſimul intulit atrum
Betonicam ex duro prodeſt aſſumere baccho
Nec non & raphani cortex decocta medetur,
Si trita admorſis fuerit circumlita membris.

CONTRA SERPENtum & viperæ virus.

45.

CVſpide non quiſquam, longæ nec cæde ſariſſæ
Fulmine non gladij, volucris nec felle ſagittæ
Quam cito vipereo potis eſt affligier ictu.
Quare aptam dicamus opem, ſuccoſq; medentes.
Cui nocuit ſerpens fertur caput illius apte
Vulneribus jungi, ſanat, quæ ſauciat ipſa,
Vt lariſſea curatur Telephus haſta.
Proderit & caules cum vino haurire ſabuci,
Aut coctum raphani tritum librumq; ligare.
Sive etjam excelſa folium de mole cypreſſi
Virus caprifici ſuccus quoq; lacteus aufert

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Aut Tithymallus atrox vulnus contrita perunget,
Carduus & nondum doctis fullonibus aptus,
Ex illo radix tepido potatur in amne:
Ceruino ex fœtu, commixta coagula vino
Sumuntur, quæ res membris agit atra venena.
Aut ferulæ radix potatur in imbre lyæi
Betonicæq; leves, gallinæ aut jura vetuſtæ:
Si vero horrendum vulnus fera jecerit aſpis,
Vrinam credunt propriam conducere potu.
Varronis fuit iſta ſenis ſententia, nec non
Ennius ut memorat ſumpti juvat imber aceti.
Dicendum eſt, quæ ſit præcors medicina tumenti:
Cautio namq; poteſt diros prævertere morſus,
Sive cor exectum tardo de vulture portes:
Erucis aut ſi totos perduxeris artus:
Quas, prius attritas, vehementi ſpargis aceto:
Aut tu cervina per noctem in pelle quieſcis.
Aut genere ex ipſo dentem portabis amicum,
Toxica præterea qua ſit pellenda medela
Expediam, ſanguis poterit prodeſſe caninus,
Quæ facili potu antidotus medicabitur ægros:
Vis & mirificos cautus perdiſcere odores,
Accenſis quibus, arcetur determina ſerpens
Aut ſtoracem torres ant duri vulturis alas,
Vel nepitam aut frondem rigidæ ſtirpemq; miricæ.

CONTRA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

CONTRA ICTVS ſcorpij & morſus murium & aranearum.

46.

SVnt minimæ ſpecies, ſed diræ vulnera peſtis,
Quæ magis in tenui latitantes corpore fallunt.
Scorpius ut gravis eſt & araneus, hi duo ſemper
Captant ſecuros ac ſomno nocte gravatos.
Et documenta dedit nobis poſtratus Orion,
Magna quod exiguis perimantur ſæpe venenis.
Et qui vulnus atrox incuſſit ſcorpius ardens
Continuo capitur, tunc digna cede retuſus,
Vulneri & appoſitus fertur revocare venenum.
Aut calidis pelagi lymphis loca læſa foventur:
Sive meri potu diſſolvitur improba peſtis.
Ad cunctos autem morſus ictuſq; minorum
Caſeus aptus erit rabidæ de lacte capellæ.
Cumq; hoc aſſumi debebit origanon herba:
Hæc duo mirificis curabunt iſta medelis.
Nec non peniculo calidum adnectetur acetum:
Aut vivum ſulphur ſicci cum fece lyæi,
Exiguo piperis cerebrum conſpergito galli,
Quo lita ſaneſcunt depulſo membra dolore,
Sin autem muris nocuit violentia coeci,
Quæ ſola ſignavit volvendis orbita plauſtris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Illinc mira datur vili de pulvere cura.

AD SVBITANEOS febris dolores.

47.

NOnnunquam exiſtit ſubiti nova cauſa doloris
Cujus origo latet veris reprimenda medelis,
Nam chelidonium mixto ſale nectare prodeſt,
Velleraq; infuſo recalentia ſulphure ſanant:
Oſtocopum lento conducit melle perungi.
Sin autem calidæ depaſcent corpora febres,
Tunc apij ſuccus leni ſociatur olivo,
Membra lines fotuq; ferus mulcebitur ignis.
Nec ſpernendus adeps dederit quem beſtia meles,
Seminecis cervi lachrymam miſcere livori
Convenit, atq; artus illinc mulcere calentes.
Febribus aut longis galli nova jura vetuſti
Subveniunt, etjam tremulis medicantia membris.

AD QVARTANAS.

48.

NEc tu crede levem dilato tempore febrem
Quæ ſpaciũ ſibi dat, magis ut ceſſãdo caleſcat

Lethali quæ graſſatur quartana calore
Ni medicas adhibere manus diſcamus & herbas:
Allia non pudeat terno cum cimice trita
Et diluta mero medijs haurire diebus:
Aut facilem jecoris murini ducere fibram,
Quatuor ut duri jungantur ſcrupula bacchi.
Mira eſt abſinthij cum ſimplice potio lympha:
Sume tribus digitis appenſum ſemen anethi,
Tantundem maratri, nec mulſum deſit aceti,
In cujus cyatho prædicta ſalubriter hauris
Meoni iliados quartum ſuppone timenti,
Aut leporis trepidi diluta coagula trade:
Prodeſt & potus & mulſus doridis humor:
Quidam etjam miranda ferunt, veniente calore
Iurantes ludum veneris munuſq; petendum:
Sed prius eſt oleo partus ferveſcere ranæ
In trivijs, illoq; artus perducere ſucco.

AD TERTIANAS.

49.

EST etjam alternis febris rediviva diebus,
Tempora diſcernens, quaſi juſtæ pondera libræ.
Vt poßis igitur talem prohibere furorem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Involves cera ſine caudis grana cimini,
Puniceæq; indes pelli colloq; ligabis:
Pulegij ramus lanæ velatus amictu
Tempore ſuſpecto medicos præbebit odores:
Præterea cimex tritus potatur in ovo.
Horridus attactu, ſed guſtu commodus apto.

AD COTI-dianas.

50.

Est qui continuis non ceſſat adire diebus·
Sed tantum certas morbus diſcriminat horas.
Triticeum metuit granum, ſi credere dignum eſt,
Quod latitans facto fuerit ſub pane repertum
Nec non oſſa juvant ſeptis inventa domorum:
Convenit hæc tereti pendentia ſubdere collo,
Multaq; præterea morborum monſtra ſilebo.
Nam febrem vario depelli carmine poſſe,
Vana ſuperſtitio credit tremulæq; parentes.

AD EMITRI-teum.

51.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Mortiferum magis eſt quod Græcis hemitrite-
Vulgatur verbis, hoc noſtra dicere lingua (ū
Non potuere ulli, puto nec volvere parentes.
Inſcribis chartæ quod dicitur Abracadabra,
Sæpius & ſubter repetis, ſed detrahe ſummam
Et magis atq; magis deſint elementa figuris,
Singula quæ ſemper capies & cœtera figes,
Donec in anguſtum redigatur litera conum:
His lino nexis collum redimire memento,
Nonnulli memorant adipem prodeſſe leonis.
Coralium vero collo ſi nectere velis,
Nec dubites illis veras miſcere ſmaragdos:
Talia languentis conducent vincula collo,
Lethaleſq; abiget miranda potentia morbos.

VT FRACTVRAS vel luxationes ſanes.

52.

Infandum dictu cunctis procul abſit amicis:
Sed fortuna potens omnes convertat in hoſtes:
Vis indigna novo ſi ſparſerit oſſa fragore:
Conveniet cerebrum blandi canis addere fractis,
Lintea deinde, ſuperq; inductu nectere lanas

Sæpius

Sæpius & ſuccos conſpergere pinguis olivi
Bis ſeptem credunt valideſcere cuncta diebus,
Aut veteri baccho capræ fimus inde petulcæ:
Hoc aperit clauſum, trahit hærens, ſanat apertum.
Si vero caput infeſtus colliſerit ictus,
Ex oleo necti veſtis debebit arachnis,
Neſciat hæc illinc niſi cum ſanarit abire:
Quod ſi fluxa ſuo diſcedunt membra tenore,
Vrere fœmineos crines, & jungere ſevum
Congruet, ac tali medicamine mota ligare:
Aut malum ex pingui tritum appoſuiſſe juvabit:
Aut ſi concluſum ſervavit tibia vulnus,
Stercus ovis placidæ junges adipeſq; vetuſtos,
Pandere quæ poterunt ulcus patuloq; mederi.

SI NERVI INCISI ſint, doleant & contracti ſint.

53.

HAud quiſquã credat diſiectos vulnere nervos,
Ad ſolitum rurſus revocari poſſe vigorem.
Sed prodeſt terræ lumbricos indere tritos,
Queis vetus & rancens ſociari axungia debet.
Si vero occultus nervos dolor urit inertes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Vulturis exciſos adipes rutamq; remitte
Aut ceram, & tali recreabis languida ſotu:
Convenit & pelagi calidis perſundier undis:
Aut baccho madefacta teres cum fronde cypreſſum,
Quo poteris ſotu recreare rigentia membra,
Sin autem ſubito replicantur corpora morbo,
Contractos revocat nervos caro ſumpta columbæ.

AD SOMNUM.
54.

NOn ſolum miſeros teterrima febris adurit:
Sed ſuper optatos pergit viduare ſopores,
Ne proſint placidi cœleſtia munera ſomni.
Charta igitur, varijs literæ quæ ſcripta figuris,
Vritur inde cinis calido potatur in amne.
Prodeſt & mixtam lymphis potare cypreſſum,
Palladijs item ſuccis quos flore roſarum
Iungis & immiſces madidum tritumq; papaver,
Quo lita frons facilem præbebit nocte quietem.
Nec non mandragoræ guſtu ſuper additur ægro
Dilue præterea glomerantia quæ gerit intus
Clauſa aries inter geminæ coxendicis umbras:
Inde ſoporandi dulcentur guttura potu.

CON-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

CONTRA LETHARgiam.

55.

DIximus hanc ſortem miſeris mortalibus eſſe,
Vt ſæpe inter ſe mala ſint contraria morbis.
Deniq; nonnunquam ſomno ſic membra gravantur,
Vt conjungatur lethô ſopor altus acerbo.
Ergo levi flamma torrentur cornua capræ,
Quo videre gravem depellent lumina ſomnum.
Aut, veneris labrum quæ dicitur, herba bibatur
Quæ teritur prius, & vino perfuſa liqueſcit.
Conveniunt acidis euphorbia mixta fluentis:
Gramina vel rutæ gemina ſi nare trahantur.
Quidam dura jubent ſepteno cimice trito
Vt vicientur aquæ, cyatuſq; bibatur earum:
Hæc potiora putant quam dulci morte perire:

CONTRA COmitialem.

56.

EST ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod fieri nobis ſuffragia juſta recuſant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Prodeſt cum baccho veteri fel turturis atri.
Sed cochlear plenum guſtatu ſufficit uno:
Aut cruor ex progne mixtus cum polline thuris;
Aut apium elixum aut conditum melle falagni,
Marrubiumve pari commixtum pondere mellis
Cujus terna dabis guſtu cochlearia in uno.
Aptus muſtelæ cinis eſt & hirundinis una:
Præterea pluvias hominis quas calua ſupinas
Excepit projecta ſinu conſumere prodeſt.
Aut lapis ex nido vaga quem congeſſit hirundo
Vellitur, adnexu fovet attollitq; jacentem.
Pellitur, ut fama eſt, guſtu quoq; languor anethi,

CONTRA REGIVM morbum.

57.

Regius eſt vero ſignatus nomine morbus:
Molliter hic quoniam celſa curatur in aula.
Huic rubea ex mulſa fertur conducere lympha:
Allia trita dabis vino madefacta calenti,
Vellera cum vino ſuffiri ſulphure prodeſt

AD INFANTVM morbos. 58.

Impli-

IMplicat infantem vario natura dolori:
Inſuper excruciat, niveis cum dentibus armat.
Collo igitur morbi dentes nectentur equini
Qui primi fuerint pullo creſcente caduci,
Aut teneris cerebrum gingivis illine porci:
Aut leporis niveum bibitur cum lacte caprino.
Præterea ſi forte premit ſtrix atra puellas
Viroſa immulgens exertis ubera mammis
Allia præcepit rite ſententia necti
Qui veteri claras expreſſit more rogatas.

CONTRA COMbuſturas Ignis vel Frigoris.

59.

SVnt diverſa quidem mala frigoris atq; caloris
Sed tamen amborum lædunt ſimul ulcere vires,
Illa quoq; uſta putes, quæ ſunt nive læſa rigente,
Converſa in cinerem, platani pila curat utrumq;
Aut vero ambuſtum flammis, qui candidus ovo
Succus ineſt penna inductus ſanare valebit.
Aut tu ſuccoſæ cinerem producito lanæ:
Aut vivam ex oleo vini componito calcem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Hordea vel franges, aut ovis candida junges,
Aſſit adeps porcæ, mira eſt hæc forma ſalutis.
Iunge chelidonias, ac ſic line vulnera ſuccis.
Quodq; recens uſſit glacies axungia ſimplex
Mulcet, & ex facili grata eſt medicamine cura.

VT VENENIS occurras.

60.

VT tutus fias infeſtæ fraude Novercæ,
Vel quicunq; tuo carpetur lividus actu,
Non expectatis eat obvia cura venenis.
Ante cibos igitur juglandis fœtus edatur.
Proſunt electri variantia pocula vires:
Præterea coctæ querno cum cortice lymphæ
Conveniunt potu, diverſave ficus olivo.
Sæpe etjam raphanum prædixit numen edendum:
Antidotis vero multis mithridatica prodeſt,
Bis denum rutæ folium ſalis & breve granum,
Iuglandeſq; duas tundet cum corpore ficus.
Hæc oriente die parco conſperſa lyæo
Sumens, haud metues dederat quæ pocula mater.

CONTRA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

CONTRA IAM hauſta venena.

61.

SI nequit infandum prævertere cautio virus,
Proximus ille gradus data pocula pellere cura.
Lac aſinæ placidæq; bovis prodeſſe loquuntur,
Betonicam ex parvo ſumunt pleriq; lyæo:
Quod ſi hederæ ſuccum, & qui truncos molliat altos
Inſtillas pani, poterunt haud ulla nocere
Pocula, quæ quiſquam ſævis vitiaverit herbis
Sic quoq; hyoſcyamum guſtans cum lacte capellæ,
Hoc hauſtu rapidos poterit mulcere furores.

AD VLCVS CVrandum.

62.

VVlnera tabeſcunt ſpacio vitiata dierum,
Curaq; nil prodeſt, nec ducitur ulla cicatrix
Sed non herbarum tam mira potentia pollet
Vlceris annoſi ſpes ut coaleſcere poßit,
Marrubium ſi tute coquas illoq; liquore

Vulnus

Vulnus atrox foveas, cineres vel hirundinis altæ
Inducas leporis, aut aſpera coagula vino,
Aut hederam baccho decoctam & ſemen anethi:
Aut cineres alui tardo cum melle ligentur.
Lumbrici terræ poterunt obducere vulnus.
Aut uſus lapati cumulatior ulcera purgat
Et commixtus adeps, ſed nonnullo ſale tritus:
Pini præterea cum vino & ſulphure cortex
Et pice commixtus jam perdita membra reponit.

AD VERRVCAS tollendas.

63.

ID poterit vitium ſanguis curare lacertæ:
Aut urina canis cum terra inducta madenti.
Eſt Tithymallus item tali ſatis apta medelæ.
Si rupta immenſos fundit verruca cruores,
Purpureo triti cineres de vellere proſunt,
Quod fuerit vero conchili ſanguine tinctum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

CONTRA HAE-morrhoidas.

64.

EXcruciant turpes anum ſi forte papillæ,
Agreſtis prodeſt radix ſuper addita porri,
In phiala ſano juglandis fragmine clauſa.
Sal niveum ſumes beticum quod nomine dicunt,
Dulcia cumq; nigra junges fuligine mella
Apponeſq; ſuper, pellit medicina dolorem.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Simplicium quæ in Macro habentur graduatio.

	Sicca	Calida	Humida	Calida	Sicca	Frigida	Humida	Frigida	
Artemiſia		1							Buckeln
ἀρτεμισία	2								Beyfuß
Abrotonum	3								Gerdwurtz
ἀβρότονον		3							Stabwurtz
Abſinthium	2								Wermudt
ἀψίνθιον		1							
Vrtica		3							Neſſel
ἀκαλήφη	2								Brenneſſel
Allium	4								Knoblauch
Σκόροδον		4							
Plantago		3							Wegwig
ἀρνόγλωσσον	4								Schaffzung
Ruta		3							Rauten
πήγανον	3								
Apium		3							Epfich
Σέλινον	3								Peterſilien
Malua		1							Bappeln
Μαλάχη	2								Keßlikraut

	Sicca	Calida	Humida	Calida	Sicca	Frigida	Humida	Frigida	
Anethum		2							Dillen
Ανηθον	2								Hochkraut.
Bethonica		1							Bethonien.
Κέστρον	1								Braun Betho:
Sabina		3							Sieben baum.
Βράθυς	3								Schmeckpalm.
Porrum		3							Snithlauch.
Πράσον	1								Brislauch.
Chamæmilla									Camillen.
Ανθεμις	1								Geel Camillen.
Nepeta		3							Katzenkraut.
Καλαμίνη	3								Ackerminien.
Pulegium		3							Poley.
Γλήχων	3								Hertzbleich.
Fœniculum		2							Fenckel.
Μάραθρον	2							3	
Acidula							3		Haußwurtz.
ἀείζωον									Donderbar.

Simplicium quæ in Macro continentur graduatio.

	Sicca	Calida	Humida	Calida	Sicca	Frigida	Humida	Frigida	
Portulaca								2	Burgel.
ἀνδράχνη							3		Bützel.
Lactuca								3	Lattich.
θρίδαξ							3		Lactuc.
Roſa						1			Roſen.
Ῥόδον					1				
Lilium		2							Weisgilgen.
Κρίνον	2								
Satureia		3							Kirch Iſop.
Θύμβρα	3								Sergenkraut.
Salvia		2							Salbey.
ἐλελίσφακος	2								
Liguſticum		3							Leibſteckel.
Σμύρνιον	3								
Oſtrucium		3							Meiſterwurtz.
Σίλφιον	3								
Chæriſolium		3							Korbelkraut.
γιγγίδιον	2								
Folio									

Simplicium quæ in Macro habentur graduatio.

	Sicca	Calida	Humida	Calida	Sicca	Frigida	Humida	Frigida	
Atriplex								1	Scheißkraudt.
Ατράφαξις							2		Melten.
Coriandrum								2	Coriander.
Κόριον									
Naſturtium	4								Kreſſig.
Κάρδαμον		4							Garten kreſſich.
Eruca		2							Weis Senff.
ἔυζωμον	2								
Papaver						1			Klapperroſen.
Μήκων					1				Kornroſen.
Cepe		4							Zibel.
Κρόμμιον	4								
Bugloſſus		1							Ochſenzung.
Βούγλωσσον	1								
Sinapi		4							Senff.
Σίνηπι	4								
Caulis		1							Kol.
Κράμβη	2								Kabißkraut.

Folio

Sim-

Simplicium quæ in Macro continentur graduatio.

	Sicca	Calida	Humida	Calida	Sicca	Frigida	Humida	Frigida	
Origanum		3							Wolgemuth.
ὀρίγανος	3								Koſten.
Serpillum		3							Qwendel.
ἕρπυλλον	3								Hünerkol.
Viola								1	Violaten.
λευκόιον							1		Mertzē negelin.
Ariſtolochia		1							Holwürtz
ἀριστολοχία	2								Oſterlucij.
Marrubium		2							Andorn
Πράσιον	2								Apfel kraut.
Iris		2							Blaw gilgen.
ἶρις	2								Violwürtz.
Inula				1					Alandtwürtz.
ἑλένιον			2						
Hyſopus		3							Kirchen Iſop.
ὕσσωπος	3								Iſopen.
Aſarum		3							Haſelwürtz.
ἄσαρον	3								
Folio									M 3 Sim-

Simplicium quæ in Macro habentu graduatio.

	Sicca	Calida	Humida	Calida	Sicca	Frigida	Humida	Frigida	
Mentha		2							Krauſzmůntz.
ἡδύοσμος	2								Bimende.
Cyperus		2							Wildergalgen.
Κύπειρον	2								
Pæonia		2							Beningē Roſen
Γλυκυσίδη	2								Gichtwurtz.
Borrago									Burretſch.
Βούγλωσσον				2					
Senecio		1	1						Grindtkrant.
Ἠριγέρων	2								Kreutzwurtz.
Chelidonium		4							Schöelwurtz.
χελιδόνιον	4								Schwalbenkr:
Centaurium		2							Tauſentgülden
Κενταύριον	2								
Colubrina						1			Naterwurtz.
Δρακόντιον						3			
Iſatis							2		Ferblattich.
						1			
Folio									

Simplicium quæ in Macro habentur graduatio.

Hellebor: alb		3							weis Nieswurtz
ἐλλέβ. λευκ	3								
Elleborus nig		3							Schwartz Nieſe wurtz.
	3								
Verbena								2	Iſenkraudt.
ἱερὰ βοτάνη									
Chamædris		3							Gamenderli.
χαμαίδρυς	3								vergiß nit mein
Morella						1			Nachtſchatte.
Μ. τρυχνὸς					2				
Malua								1	Bappel.
Paratella						2			Mengelwurtz. Münchreubarb
Hyoſcyamus								4	Biſenkraut.
ὑοσκύαμος							4		
Lolium		3							Rattenkraut.
αἶρα	2								
	Sicca	*Calida*	*Humida*	*Calida*	*Sicca*	*Frigida*	*Humida*	*Frigida*	
Folio.									*Sim-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Folio	Sicca	Calida	Humida	Calida	Sicca	Frigida	Humida	Frigida	
Cicuta						4			Wüterich
Κώνειον					4				Wundſcherlin
Piper		3							Pfeffer
πέπερι	3								
Pyrethrum		3							Bertram
Πύρεθρον	3								
Zingiber				3					Imber
ζίγγιβερ									
Ciminum		3							Römiſchkümich.
κύμινον	3								
Galanga		3							Galgenwurtz.
γαλάγγη	3								
Zedoaria		3							Zitwen.
ζηδοαρία	2								
Gariophilon.		2							Negelein.
καρυόφυλλον	2								
Cinamon		3							Zimet.
κίνναμον	3								
Coſtum									Bitter Coſten.
κόστος									
Thus		2							Weyrauch.
λιβανωτοῦ	2								

ELENCHVS OMNIum fere, quæ in hoc Macri volumine continentur, ex quo vel citra magnum laborem, lector ſingularum herbarum virtutes addiſcere poteſt.

ARTEMISIA.

Beyfuß / Bucken / S. Johansgürtel / Sonnenwendgürtel.

De Αρτεμισια ſcribit Galenus lib. 6. ſimpli. medic. Dioſcord. lib. 3. cap. 118. Ægineta lib. 7. cap 1. Lucius Apuleius de virtutibus herbarum cap. 10 Plinius lib. 25. cap. 7. Anglicus lib. 17 cap. 16. vulgo beyſus.

Menſes trahit,
Abortivum pellit,
Matricis duritiem ſolvit,
Vrinam provocat,
Lapides proſcribit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Ictericos curat,
Strumis medetur,
Opii Beroar eſt,
Venenatis auxiliatur,
Morſus ferarum pellit,
Adverſus rubetas valet,
Pro ſtomacho eſt,
Præcordia ſanat.

ABROTANVM.

Stabwurtz / Gerthages / Gert-wurtz / Schoßwurtz / Kuttel-kraut / Afruſch.

Ἀβρότανον deſcripſit Galen. lib. 6. ſimplic. cap. 1. Auicenna lib. 2. Dioſcorides lib. 3. cap. 26. Serap. cap. 117. Plinius lib. 21. cap. 21. Oribaſius de ſimplic. virtute lib. 2, Vide Nicandri interpretem.

Nervos confortat,
Pectus mundificat,
Diſpnoicis valet,
Tuſsim repellit,

Lum-

Lumbos roborat,
Matrici eſt proficuum,
Vrinam mundificat,
Contra Schiaſim valet
Menſes impeditos ſolvit,
Serpentes fugat,
Febrium acceſsiones ſedat,
Lumbricos eijcit,
Oculis collyriumeſt,
Stirpes infixas extrahit,
Venerem excitat,

ABSINTHIVM.

Wermuth / Wellſomen.

De Αψινθίῳ Galenus de morb. curandis lib. 7. & 11. Idem de tuenda ſanit lib. 6. & ad Glauconem de arte curat. lib. 1. in cura tertianæ febris & ſimp. med. lib. 6. Auic lib. 2. cap. 2. Meſ. de ſim. med. Ægineta lib 7. Dioſcorides lib. 3, cap. 24. Serap. ſimpli. cap. 24. Plinius lib. 27 cap. 7.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Stomachi robur eſt
Lumbricos necat,
Alvum mollit,
Vrinam provocat,
Menſtrua ducit
Faſtidium ablegat,
Pectus lenit,
Culicum fuga eſt
Ictero ſubvenit:
Pro hepate eſt,
Et ſplene,
Fungis eſt Beroar
Et cicutæ,
Morſibus venenatis ſubvenit
Oculos clarificat,
Suggillatis prodeſt,
Auditum revocat,
Subvenit anginæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Vulnera ſanat
Et ulcera,
Pruritum compeſcit,
Nauſeam tollit marinam,
Inguinis tumori utilis eſt,
Somnum præſtat,
Crines denigrat,
Tineas pellit,
Ranam ſublinguam ſedat,
Livorem alterat,
Aurium ſonitum depellit.
Splenis duritiem mollit
Mures arcet.

VRTICA Neſſeln.

De vrtica, quæ à Græcis ἀκαλύφη κνίδη vocatur Galen. lib. 2. de alimen. cap. 52. & lib. 6. ſimp. cap. 83. & ad Patern. cap. 283. Auicen. can. 2. cap. 719. Dioſc. 4. cap. 89. Plin. lib. 21. cap. 5. & 22. cap. 13.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Icтericos ſublevat,
Tuſsim ſedat,
Ventris tumori prodeſt,
Vulnera purgat,
Canis morſui medetur,
Cancrum & parotidas juvat,
Luxata reponit,
Splenis tumorem lenit,
Podagram mitigat,
Ex naribus cruorem elicit
Ex naribus fluxum tollit,
Menſes trahit,
Matricem occluſam aperit,
Venerem incitat,
Pleureſi auxiliatur,
Vrinam cit,
Alvum aſtrictam mollit,
Aſtringit vulvam

Sudo-

Sudorem provocat,
Quadrupedes ad coitum angit,
Capillorum caſum impedit.

ALLIVM Knoblauch.

De Allio quod á Græcis σκόροδον dicitur, vide. Galen. lib. de morb. cura. 14. Hippoc. de vict. ratiô morb. acut. lib. 2. & lib. 4. de morbis, qui extra conting. Ægin. lib. 7. cap. de ſcordio & allio, & lib. 1. cap: 76. Cælius Aurelia. 2. Chronomon cap. 14. C. Plin. 2. lib. 4. de re medica, Serapius lib. aggregat. cap. 331.

Ictus ſerpentis ſanat,
Odore vermes abiguntur,
Vermes & tineas proſcribit
Veſicæ prodeſt,
Secundas expellit,
Pulmonem roborat.
Hydropicis ſubvenit,
Et ne phreticis,
Item Ictericis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Alvum aſtrictam mollit,
Capitis dolori prodeſt,
Et aurium paſsionibus
Et tuſsi:
Suſpiria tollit,
Clarificat vocem,
Teneſmon pellit,
Aquas corrigit.

PLANTAGO.

Spitzigerwegrich. Schaff zungē.

De Ἀρνογλώσσῳ *Gal. libro de morbis curandis 5. & lib. ſimp. cap. 56. Dioſc. lib. 2. cap. 115. Plinius lib. 25 cap 8. Serap lib. agg. cap. 213. L. Apuleius lib. de Herbar. virtut. cap. 1.*

Vlcera humida ſiccat,
Ventrem reſtringit,
Et dyſenteriám:
Scrophas diſſoluit,

Hy-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Hydropim fugat,
Et Aſthma.
Epilepſiam quoq;:
Alcolam curat,
Aurium pus elicit,
Sacrum extingvit ignem,
Hœmopthoicis dat ſanitatem,
Et phthiſicis.
Dyſenteriam ſtringit.
Collyrium eſt,
Gingivas curat,
Dentium dolorem reprimit.
Menſes impedit.
Renibus confert,
Scrophas incidit,
Febrium acceſsiones impedit
Fiſtulis medetur,
Lumbricos necat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Parotidas abigit
Feſſum reſtituit
Veſicæ podeſt.

RVTA Rauten.

De ruta Græcis πήγανον dicta. Gal. ſimplic. lib. 7. cap. 119. & lib. 8. cap. 48. Æginet lib. 7. Auic. 2. canon. capite de Ruta, Dioſcorides lib. 3. cap. 47. Theophraſt. de plantis lib. 5. Plinius lib. 19. cap. 8. & cap. 7. & 10. & lib. 20. cap. 13.

Stomachum roborat,
Expellit partus,
Venerem coërcet,
Tuſsim profligat,
Menſtrua purgat,
Tormina inhibet,
Pulmonem iuvat,
Coſtarum morbo auxiliatur
Schiaſi quoq;,

Lumbricos necat,
Hydropiſim curat,
Et oculos caligantes,
Capitiſq; dolorem,
Et aurium,
Sacrum extingvit ignem
Ac herpetum:
Acoras quoq; lenit.
Et narium vlcera.
Obſta t ebrietati,
Mithridaticum eſt,
Muſtelæ ſanat ictum.
Colon emendat,
Et teſtes tumentes,
Diapeganon eſt.
Extenuat bilem,
Ventrem lenit
Et digeſtionem roborat.

API-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

APIVM Epffich oder Eppich.

Σέλινον *Gal. deſcribit lib. 7. Simp. cap. 37. &[amp] cap. 76. & lib. 8. cap 69. Dioſcorides lib. 3. capit[ibus] 67. 68 69. 70. 71. Plinius Natur. hiſtor. lib. 20. ca[p.] 20. & lib. de re medica 4. cap. 2. L. Apuleius lib. de her[bis] cap. 9. Caſsius felix cap. de Macedonico Ægineta li[b.] 7. cap. Selinon.*

Oculos tumefactos curat,
Et mammas tumentes:
Ardorem ſtomachi ſedat,
Ventos creat,
Vrinam prouocat.
Veneno reſiſtit,
Tuſsim compeſcit
Ventrem fluentem impedit,
Et vomitum,
Amiſſum colorem reparat,
Febris rigorẽ ſedat, (tem iuuat,
Hydropis & ſplenis tumidita-

Lenti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Lentiginem abijcit,
Et vlcera mundificat.

MALVA Pappel.

Μαλαχὴ Græce, latine Malua, per Galenum deſcribitur lib. 7. ſim. cap. 91. Auicenna cano. 2. cap. Althea Dioſcor. lib. 2. cap. 10. Serap. Agg. cap. 76. Oribaſ. de confect. ciborum lib. 3. cap. de iſtis quæ humect. Pli. ſecundus de re medic. lib. 1. cap. 5. in Nat hiſt. lib. 20. cap. 21.

Vulnera purgat,
Scrophas incidit,
Matricis tumorem lenit,
Neruos indig. relaxat,
Apoſtem. dura rumpit.
Dyſenter medetur,
Secundas pellit,
Hæmopthoicis prodeſt,
Lapides frangit,

Defor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Deformes maculas emendat,
Venenis obſiſtit,
Caua vulnera replet,
Combuſtioni valet.

ANETHVM Dillen oder Hochkraut.

Ανηθον deſcribit Gal. lib. 6. ſim. cap. 43 & lib. a Paternianum cap. 4. Dioſcorides lib. 3. cap. 60. Pli nius lib. 19 cap. 8. & lib 20. cap. 18. Ægin. lib. 7. Item Plinius de re med. lib 4. cap. 27 & L. Apulei de herbis hiſtoriarum cap. 122.

Lac auget,
Stomacho proficuum eſt,
Nauſeam ſedat,
Vrinam elicit,
Matrici vtilis eſt.
Tormina ſecludit,
Digeſtionem procurat,
Viſum lædit,

Genita

Genitale claudit iter.
Vuam ſiccat,
Corroſiuum eſt,
Vulnera curat,
Singultum proſcindit,
Oculorum tollit feruorem
Hæmorrhoidas mitigat
Et condylomata,
Cephaleam domat,
Et neruos indignatos relaxat.

BETONICA Braun Betonick

De κεστρω. Gal. lib. 8. ſim. cap. 20. & ad Patermanum cap. 285. Dioſc. lib. 4. cap. 1. Serap. lib. Agg. cap. 322. Plinius lib. 25. cap. 7. & lib. 26. cap. 7.

Lapides eijcit,
Vrinas cit,
Sputo ſanguinis medetur,

Es

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Et hydropicis,
Oculos læſos rectificat
Et aures:
Hemphecos reſtituit,
Tuſsim iuuat,
Suſpiria ſedat,
Et ſtomachi dolores.
Mouet aluum,
Vulnera curat,
Capitis fracturæ ſubuenit,
Lachrimas reſtinguit.
Caliginem proſcindit,
Oculos clarificat,
Vomicam ſanat,
Spleni Iecoriq; prodeſt,
Renes purgat,
Quotidianam impedit,
Vomitiuum eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Ruptos conſolidat.
Contra venena eſt,
Icterum ſanat,
Et menſtrua mundificat,
Digeſtionem confortat,
Contra ſerpentes eſt
Atq; livorem repellit,

SABINA Seuenbaum.

De βρουθυ ſive βραυθρω Gal. lib. ſimp. 6. cap. Savina, Auic. canon. 2. cap. Abel. Serap. agg. cap. Abbel Galenus ad Patern cap. 132. Dioſcord. lib. 1. cap. 86. Plin. in hiſtor. mudi lib. 24. cap 1. & 11. & lib. 17. cap. 13. & lib. de viribus herb. cap. 88. Æginetα lib 7.

Vulnera ſiccat.
Anthraces curat,
Cit menſtrua
Embrion: mor: excludit
Cutem lenit.
Vertiginem ſedat.

PORRVM Schnitlauch.

De porro à Græcis πράσιον Dioſc. lib. cap. 188. Serap. aggregat. cap. Curat. Ægin. lib. 1. cap. 76. Plinius lib 20. cap. 6.

Contra ſanguinis expuitionem.
Flux: ſanguinar. compeſcit,
Contractas curat Matr.
Fœcundas reddit,
Vlcera mundificat,
Pectus item.
Et tuſsim:
Vocem clarificat,
Ventrem ſtringit,
Morſui ſerpentis auxiliatur,
Tuſsim antiquam curat,
Et pulmoniacos,
Auribus prodeſt,
Eſui fungorum obſtat,
Cephaleæ prodeſt,

Lum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Lumbis ſimiliter.
Fracturas ſolidar,
Nervos indignatos relaxat,
Ebrietati reſiſtit,
Et duram remollit alvum,

CHAMOMILLA.

Chamillen.

De Ant hemide ſeu Chamæmila Gal. 3. Simpl. & 6. de Simpl. medic. cap. 45. Auic. 2. can. non. cap. 122. Dioſcor. lib. 3. cap 143. Serapius aggregat. in cap. Bethoni. Plinius lib, 22. cap. 21.

Vrinam provocat,
Lapidem veſicæ frangit,
Menſtrua purgat,
Tormina ſedat,
Stomachi inflationem tollit,
Ictericis prodeſt,
Iecur confortat,
Pellit abortum

Acceſsionem febris impedit
Hippochondria ſuſpens. purgat,
Peſtiferos morſus tollit,
Lienem mundificat,
AEgilopas curat,
Exnathemata proſcribit.

NEPETA Wildepoley oder Kornmüntz / Katzenmüntz.

De hac Dioſcorid. lib. 3 cap. 88. Ægin. lib. 7. Plin. Nat. hiſt. lib. 20. cap. 24. & lib. de remed. 4. cap. 22. L. Apuleius de virtut. herb. cap. 91. & 94.

Frigora febris tollit,
Schiaſim proſcribit,
Menſtrua purgat,
Elephantiaſi prodeſt,
Serpentum morſus aufert,
Lumbricos necat,
Purgat ictericos
Et Aſthmaticos

Pleu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Pleuriſin quoq;.
Vibices cicatricum tollit,
Serpentes fugat
Singultum proſcribit
Et venerem.

PVLEGIVM Poley/ Hertzbleich.

De Pulegio, quam Græci Γλήχωνα *vel* βλήχωνα *nominant, Gal. 6. Simplic. cap. 110. Dioſcor. lib. 3. cap. 31. Oribaſius de viribus herbarum lib. 2. Serap cap. Sandenig. Plinius lib. 20. cap 14. Lucius Apulei, de virtute herb. cap. 94. qui non negiglenda ſcribit.*

Abortum facit
Menſes elicit,
Et ſecundas:
Contractis ſuccurrit,
Sputum faciliat,
Nauſeam curat,
Melaneholiam proſcindit,
Morſui ſerpentum ſubvenit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Gingivas confirmat,
Podagram ſedat,
Papulas tollit,
Spleneticis auxiliatur
Contra pruritum eſt,
Tuſsim compeſcit,
Vrinam cit
Venerem ſtimulat
Pulmonem & iecur roborat,
Lac mammis auget,
Atq; morſus caninos ſanat.

FOENICVLVM
Fenckel.

De fœniculo, quod Græce μάραθρον dicitur Gal. 7. Simplicium cap. 93. ad Paternian cap. 109. Auic. cano. 2. cap. 181. Dioſcorid. lib. 3. capite 74. Serapius cap. 324. Plinius lib. 9. cap. 27. & lib. 20. cap. 23.

Venenis reſiſtit,
Oculos clarificat,

Auri-

Aurium vermes necat,
Renibus prodeſt,
Et hydropicit.
Lac auget,
Nephreticos ſublevat,
Menſes reſolvit.
Nauſeam ſedat
Fervorem ſtomachi tollit,
Virgæ virili prodeſt
Venerem incitat,
Pleureſi conducit.

ACIDVLA. SEMPERVIVVM Hauſzwurtz/Donderber.

De ἀιζώῳ Galen. lib. 6. Simp. cap. 86. Plin. Nat. hiſt. lib. 28. cap 17. & lib. 25. A Apuleius in hiſtor. de herbarum viribus.

Tollit faſtidium
Sacrum compeſcit ignem,
Phagedenis prodeſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Et combuſtioni,
Capitis dolori ſubvenit
Cephalalgiæ item:
Ventris fluxus ſedat,
Et menſes nimios:
Lumbricos pellit,
Viſum confortat.
Venenis obſtat,
Et ſcorpionis ictui:
Auditum confortat,
Lemnas oculorum ſolvit,

PORTVLACA Burtzel-
kraudt oder Burtzel.

De portulaca vel ὁ υδζάχνη Galenus 9. Simp. cap. 41. & 42. de Alimentis cap. 45. Dioſcor. 2. cap. 113. Auic. cano. 2. cap. de Portul. Serep. cap. 849. Et L. Apulei. de virtu. herbarum lib. 104.

Cauſonidi valet,
Et ſtomacho,
Lenit calorem,

Flu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Fluxum reſtringit,
Hænodiam ſolvit,
Solis calorem lenit,
Ventrem emollit,
Expuentibus ſang. prodeſt.

LACTVCA Lattich.

De θριδακα Galen. 7. Simp. cap. 4. de Alimen. lib. 2. cap. 39. Dioſ. lib. 2. cap 125. Serap. agg. cap. 240 Auic. can. 2. cap. 452. Plinius lib. 19. cap. 8.

Calorem extinguit,
Somnifera eſt
Alvum ſolvit
Somnia vana compeſcit
Alvi fluxum compeſcit
Lac auget &
Oculis prodeſt.

ROSA Roſen.

De Roſa vel Ῥόδῳ Auican. cap. de viribus cord. & 2. cano. cap. 570. Dioſc. 115. Galenus 8. Simp. cap. 77. & ad Patern. cap. 228. Meſve ſimplic. cap. 8. Serap. aggregat. cap. 108. Raſes 23. contin. cap. 7.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Sacrum compeſcit ignem,
Præcordia ſanat,
Menſes impedit,
Collyria præbet,
Alcolam ſanat,
Omnem fervorem ſedat,
Ventrem mollit,
Capitis fervorem tollit,
Vulnera replet,
Combuſtionem curat,
Dentium dolorem mitigat,
Palpebras rectificat,
Pruritum tollit,
Oleum roſarum præbet.

LILIVM. Von weißgilgen.

De liliis vel κρίνοις. Gal. ad Patern. cap. 152. & Simp. lib. 7 cap. 53. Auic. de virib. cord. Raſes 22. contin. cap. 5. Dioſc. lib. 3. cap. 107. & lib. 1. cap. 1. Plin. lib. 21. cap. 5.

Vſtu-

Vſturas arcet,
Duricias ſtericas mollit,
Nervos induratos item
Morſus ſerpent. curat,
Fungis bezoar eſt,
Clavos pedum ſanat,
Pilos reddit,
Ventrem purgat,
Et menſes.
Nervis præciſis medetur
Plagas ſiccat
Cicatrices inducit,
Rugas erugat,
Lichenas & furfur emendat
Sudorem elicit &
Tumorem maturat.

SATV-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

S ATVREIA Kirch Iſop/ Sergenkraut/Kunel/Joſeplen.

De θύμβρα Dioſc. lib. 3. cap. 40. Ægin. lib. 7. Plin. lib 19. cap. 8. Serapius capite 313.

Vrinam provocat,
Et abortivum,
Pectus mundificat.
Tormina ſedat,
Lethargum proſcribit,
Pregnantibus obeſt,
Nauſeam ſedat &
Venerem parit

SAVIA Salbey.

De ἐλελισφάκω Gal. lib. 6. Simplicium cap 124. Dioſc. lib. 3. cap 35. Serapius lib. aggregat. capite 154. Plinius lib. 26. cap. Æginet. lib. 7.

Pellit abortivum,
Menſes gurgèt,
Contra venena eſt:
Sanguinem ſiſtit.

Com-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Compeſcit venerem,
Laterisq; dolorem:
Pruritus vulvæ curat,
Virgæq; virilis &
Capillos tingit

LIGVSTICVM.

Liebſtöckel.

De Liguſtico vel Σ αυ ξυιω *Dioſcor. lib. 3. cap. 53. Plin. lib. 19. cap. 8. Ægin. lib. 7.*

Stomachi ventos ſedat,
Digeſtionem procurat,
Vrinas movet,
Menſtrua purgat,
Venen. morſui prodeſt,
Et colicis.
Pepticam confortat virtutem,
Oculos lædit item.

Oſtru-

OSTRVCIVM Laſerwurt
oder Meiſterwurtz.

De oſtrutio vel Σιλφίω *Plin. lib. 13. cap. 21. C lib. 24. cap. 11. Dioſcor. lib. 3. cap. 85.*

Iecori prodeſt,
Ićtericos iuvat,
Et ſpleneticos.
Sclyroſim ſanat,
Lapides frangit,
Lotium movet,
Tuſsim ſedat,
Ortho pnoicis ſubvenit
Depellit abortum:
Menſtrua cit,
Lepram emendat,
Et quaſuis puſtulas &
Sternutare facit:

CHE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

CHAERIFOLIVM
Korbelkraudt.

De Chærifolio aut γιγγιδίῳ Dioſcorides lib. 2. cap. 126. L. Apuleius in hiſto. herb. cap. 5. Æginet a de oleribus lib. 1. cap. 74. & lib. 7. Plinius hiſt. mundi liq. 20. cap. 5. & de re med. 4 lib. cap. 27.

Cancris medetur
Lateris dolori quoq;:
Pituitam ſolvit,
Lumbricos necat
Vrinas movet,
Parotidas curat
Vomitum compeſcit, &
Vertiginem fugat.

ATRIPLEX Molten oder Milten / Item Scheißkraut.

De Atriplice, ἀτραφάξις ἢ χρυσαλαχάνω Gal. lib. 6. Simplicium cap. 69. & lib. 2. ſim. cap. 44. Dioſ. lib. 2. cap. 110. Serap. aggregat. capi. 146. Plinius lib. 27. Col. lib. 12. Raſes 3. ad Almanſorem.

Alvum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Alvum ducit
Clavis medetur,
Scabros vngues curat,
Sacrum extinguit ignem,
Podagram ſanat.
Et icterium tollit.

CORIANDRVM
Coriander.

De Coriandro, Græcis κόριον vel κυρίαν τον Di- cto Dioſcorides lib. 3. cap. 64. & lib. 6. cap. 9. Serap. lib. aggregat. cap. Diabora. Gal. lib. 7. Simplicium cap. 41. Auic. lib. 2. 144. Plin. libro. 20. cap. 20.

Lumbricos expellit,
Et tineas,
Teſtium tumiditatem juvat,
Ventrem cohibet,
Sacrum ignem ſanat,
Dolorem omnem extinguit

Scro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Scrophas diſſoluit
Febrim arcet,
Et menſtrua tardat

NASTVRTIVM. Von Kreßig oder Gardenkreßig.

De καρδάμω Dioſcord. lib. 2. cap. 114. Galenus Simplic. lib. 7. cap. de natur. Raſ. 3. ad Alm. Auic. Primo can. Fen. 4. cap. 7. Plinius lib. 20. cap. 19. Et lib. de re med. 4. cap 12. Lucius Apuleius in hiſt. herb. cap. 20.

Venerem coërcet,
Anthracem curat,
Et furunculos;
Crines retinet,
Dentis dolorem mitigat,
Depellit abortum,
Vermes depellit,
Serpentes odore fugat.
Splenem reprimit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Schiaſi medetur
Et lichenit,
Capitiſq; pruritui
Pectoris angorem tollit,
Alvum mollificat,
Et tuſsim ſanat,

ERVCA Weißſenfft.

De Eruca, quæ Græcis Εὔζωμον dicitur Dioſcor. lib. 3. cap. 128. Gal. lib. 2 Aliment. cap. 51. Plinus lib. 19. cap. 8. Serap. aggreg. can. 224.

Vrinam movet,
Tuſsim repellit,
Maculas cutis tollit
Et lentigines:
Oſſa fracta emendat
Peſtiferos ictus quoq;.
Contra verbera eſt,
Venerem ſtimulat.

PA-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

PAPAVER. Klapperroſen Kornroſen.

De papavere Græce μήκων Galen. 7. Simplic. cap. 102. Auicen. Cano. 2. cap. de papau. Serap. agg. cap Caxchax. Dioſcor. lib. 4. cap. 62.

Somnum inducit,
Ventrem ſtringit,
Menſes retinet,
Tuſsim compeſcit,
Lethargum infert,
Fauces curat,
Sacrum extinguit ignem,
Gutturis aſperitatem lenit
Rheumata ſiccat,
Opium præbet,
Capitis dolorem ſedat:
Aurium dolorem compeſcit &
Podagram mitigat.

CEPE Zwibel.

De cepis vel κρομμύοις Galen. Simp. lib. 7. cap. 56. & lib. 2. de Alm. cap. 685. Serap. agg 355. Plin. lib. 19. cap. 6. & lib. 20. cap. 5. Dioſc. lib. 2. cap. 139.

Sitim facit,
Cholericis obeſt,
Pulchrum facit colorem
Somnum inducit.
Alvum trahit,
Morſum curat canis,
Et anguis.
Auribus prodeſt,
Linguam reparat,
Caput purgat.
Callos pedum ſolvit,
Dentibus convenit,
Dyſenteriam curat,
Capillos reddit
Oris fœtorem proſcribit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Faſtidia tollit,
Oculos juvat,
Et maculas proſcindit.

BVGLOSSVS,
Ochſenzungen.

De βȣγλώσσω Dioſcor. lib. 4. cap. 123. L. Apuleius lib. de virt. herb. cap. 41. Plinius lib. 25. cap. 8.

Choleram purgat,
Et Cardiacam
Et pulmonem
Schiaſi medetur &
Convivas exhilarat.

SINAPI Senff.

De Sinapio Græce Σίνηπι Auic. ſecund. Cano. capite 683. lib. aggregat. cap. 373. Plin. lib. 20. cap. 22. Galen. 7. Simp.

Humores incidit,
Adurit cutem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Commovet alvum,
Confringit lapides,
Vrinam cit
Oris collutio eſt,
Sternutamentum eſt,
Stomachum confortat
Suſpiria ſedat
Morſum ſerpentis curat.
Contra fungos eſt,
Tuſsim ſanat,
Et Phthiſim.
Veſicatorium eſt,
Schiaſi prodeſt,
Iecur roborat.
Sinapiſmus eſt,
De ſinapi vinum conficitur,
Et oleum.
Dentes doloroſos curat,

Vo-

Vocem reddit ſonoram,
Scrophas diſpergit,
Caducos juvat,
Et matricem.
Læthargum abigit,
Alopeciæ medetur
Et lepræ,
Atq; periodicam fugat febrem.

CAVLIS Kol oder Kabis kraut.

De caule vel κράμβη Gal. 7. Simp. med. cap. 47. Auic. cano. ſecua. cap. 143. Serap. aggr. ca. 32. Gal. 2. de Alim. cap. 143. Dioſ. lib. 2. cap. 111. M. Varro de re Ruſti. cap. 157. Plin. lib 19. cap. 7.

Vulnera ſanat,
Et cancros,
Podagram item,
Fiſtulas quoq;

Luxata juvat,
Tumorem tollit
Caliginem abigit,
Auget lac
Stomachum roborat,
Digerit eſcas,
Alvum impedit.
Splenem reprimit,
Febris ardorem ſedat,
Lepram nubilat
Crines detinet,
Lateris dolorem lenit,
Vermes pellit,
Claram reddit vocem,
Purgat caput,
Et ebrietatis eſt Bezoar

PASTINACA Paſtiney/
Morlin oder Mören.

De

De Paſtinaca vel Στάφ[illegible] *Dioſ. lib. 3. cap 76 Plin. lib. 19. cap. 5. Serap. agg. lib. cap. 265. Gal. lib. 6. Simp. cap. 105. & ad Patern. cap 218. ſimp. ca. 116. Plin. item in li. de re med. lib. 4. cap. 32. L. Apuleius lib. de virt. herb. cap. 81.*

Lumbos juvat,
Et iecur,
Aſthmaticos item,
Ventremq; fluentem:
Teſtium ablegat tumorem,
Accendit venerem
Dentibus prodeſt,
Scorpionis medetur ictui &
Molæ ſubvenit

ORIGANVM Wol. gemuth Doſten.

Venenis Bezoar eſt,
Hydropicos curat,
Melancholicos purgat,

Tuſsim repellit,
Pruritus & acoras tollit,
Iuvat Ictericos,
Vulvam curat,
Oris Vlcera item.
Aurium dolori medetur,
Stomachi morſum ſedat,
Membris contuſis vtilis.
Lumbricos provocat,
Dentis cruciatum lenit,
Sudorem provocat
Et coxis prodeſt.

SERPILLVM
Quendel/ hünerkol.

De Serpillo, vel ἑρπύλλω Græce, Dioſ. lib. 3. cap. 41. Theophraſt. lib. 6. de plant. hiſtoria Plin. de re med lib. 4. cap. 38. L. Apul. cap 100.

Capitis dolorem ſedat
Serpentes effugat:

Pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Provocat vrinas,
Compeſcit tormina,
Splenem juvat,
Sputum cruentum tollit,
Iecoris ſedat dolorem
Et menſtrua ducit.

VIOLA Violaten/ Mertzen negelin.

De violis vel λευκοίοις Gal. lib. 6. ſimp. cap. de violis, Meſve in lib. de ſimp. med. cap. 90. Serap. lib aggre. cap. 141. Plin. lib. 21. cap. 6. Dioſc. lib. 3. cap 129.

Inflammationes tollit,
Capitis gravedinem proſcindit,
Anginæ medicatur,
Et caducis.
Inflammatos oculos ſanat,
Caput vlceroſum item.
Matrici prodeſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Ragadias ani profligat,
Menſtrua purgat,
Podagram lenit,
Choleram evacuat,
Et tuſsim infantum,
Caput infrigidat,
Lumbricos necat,
Capitis furfur tollit,
Vocem reparat,
Et ſanguinis fluxum ſiſtit

ARISTOLOCHIA.
holſwurtz Oſterlucey.

De ἀριστολοχία lib. 3. Auer. ſimp. cap Ariſt. Theophraſtus 9 de plant. hiſt. Dioſcor. lib. 3. cap. 4. Serap. lib. agg. cap. 171. L. Apul. lib. de virt. herbarum cap. 19. Plin. lib. 25. cap. 8.

Peſtiferos morſus curat,
Secundas trahit,

Aſthma-

Aſthmaticis prodeſt,
Pleuriſim ſanat,
Vulnera purgat,
Dentes item:
Febres fugat,
Et ſpaſmum:
Podagram lenit,
Ac morbum caducum,
Dœmonia fugat
Et fiſtulas,
Ac ſingultum
Conciperemares facit,
Trita piſces necat.

MARRVBIVM
Andorn Apffelkraut.

De marrubio vel Βαλλώτη ἢ πράσιον *Dioſc. lib 3. cap. 10. Theophraſt lib. 6. de plant. hiſt. Plinius lib. 2. cap. 22. & L. Apuleius lib. de virtutib. herb. 45.*

Phthi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Phthiſicos juvat,
Pectus ſanat,
Aſthmaticos item.
Tuhſientes quoq;
Partus accelerat
Atq; ſecundas.
Vulnera purgat,
Pleuriſim ſedat,
Viſum roborat,
Et ictericos
Aurium dolori ſubvenit:
Sed veſicræ obeſt,
Et renibus

IRIS
Blawgilgen/ Violwurtzen.

De Iride Dioſcorides lib. 1. cap. 1. Plinius lib. 21. cap. 7. Ægineta lib. & Galenus ſimpl.

Tuſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Tuſſim ſedat
Soporem præbet.
Præcordia mundificat
Choleram proſcribit
Et tormina
Item venena.
Menſes cit,
Matricem mollificat
Schiaſi prodeſt
Fiſtulas curat
Vulnera ſiccat
Epidermida inducit
Caliginem abigit
Et papulas.

E N V L A
Alandtwurtz.

De Enula vel ἐλενίῳ Ægineta libro 7. Plinius lib 20. capite 5. Dioſcorides lib. 1. cap. 27. Columel. lib. 13.

Men-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Menſes ducit,
Vrinam & arbortum:
Ventrem lenit,
Et ſchiaſim.
Nephreticis medetur,
Et tuſsi.
Spiritum item vix trahentibus
Et ruptis prodeſt.

HYSSOPVS,
Kirchenißop / Jſopen.

De Hiſpo vel ὕσσωπω, Plinius lib. 25. cap. 11. & 26. cap. 11. Dioſc. lib. 3. cap. 27. Ægin. lib. 7. Dinus ſuper Meſve Alhaſce vocat.

Catharrum ſanat,
Et Raucedinem:
Et pulmoni prodeſt,
Lumbricos necat,
Alvum mollit.

Vul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Vultum colorat,
Phlegma educit,
Tumorem ſplenis ſanat,
Hydropicis auxiliatur,
Præcordia relaxat,
Dentium dolorem mitigat,
Aurium tinnitum ſolvit.

ASARVM.

Haſelwurtz.

De ἀσάρῳ Dioſcor. lib. 1. cap 8. Plutarchus conviviorum lib. 3. Plin. lib. 21. cap. 6.

Provocat Vrinam,
Et menſtra:
Hydropcos juvat,
Et ſchiaſim.
Icterum pellit,
Vomitum facit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

MENTA:

Krauſzmüntz.

De mentha vel ἡδυοσμῶ Serap. 298 Gal. ad pater. 281. Galen. lib. 7. ſimp. cap. odioſimum. Dioſc. lib. 3. cap 36.

Confortat ſtomachum
Vomitum compeſcit
Lumbricos expellit
Teſtibus prodeſt,
Lac ſolvit concretum.
Auris dolorem ſedat
Partum accelerat,
Canis morſum ſanat,
Hæmophthiſicis prodeſt
Conceptionem impedit
Et putredinem caſei vetat.

CIPERVS

Wildergalgen.

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

De Cypero Plin. lib. 21. cap. 18. Celſus lib. 3. cap. 21. Dioſc. lib. 1. cap. 4.

Calculum pellit
Et abortum:
Lienem extenuat
Corpus roborat,
Intertriginem curat,
Vulnera purgat
Oris vlcera ſanat
Stomachum confortat
Et Hydropicos.

PAEONIA.

Benignen roſen / Gichtwurtz Benedickten roſen.

De Pœonia vel Γλυκυσίδη Auic. 2. cano. cap. 562. Serap. agg. cap. 41. Plin. lib. 25. Dioſ. lib. 3. cap. 148. Galen. 61. Simplic. cap. 101.

Splenem & iecur confortat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Fluxum alui impedit,
Scothoſim deponit,
Infantis calculum ejicit,
Nephreticos ſanat,
Et Jctericos,
Et caducos.
Menſes impedit,
Et ſteras purgat.

BORAGO,
Buretſch.

De Boragine vel βουγλόσσῳ Conſtantinus in lib. de gradibus medicin. Platean. lib. de Simpl. med. cap. 4

Apes fovet
Apes retinet
Ictibus apum valet
Et aranearum.
Strumas deponit,

Dy-

Dyſentericos curat
Et Ciliacos,
Etiam aſthmaticos
Canis morſum ſedat
Dentes curat
Et oculos clarificat.

SENETIO
Grindtkraut/ Kreutzwurtz.

De ſenetione vel Ἠριγέρων Dioſc. lib. 4 cap. 92. Theophraſtus in lil. 8. de plantis, Gal lib. 8 Sim. cap. 100 Serap. agg. cap. 323.

Tumori valet teſtium,
Nervos & vulnera curat
Ictericis prodeſt
Et morbis veſicæ
Et cordis vitiis.
Tormina ſedat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Strumas diſſolvit
Et dentibus ſubvenit.

CHELIDONIA.
Schelſwurtz / Schwalbenkraut.

De chelidonia vel χελιδωνίῳ Plin. lib. 28. cap. 8. Conſtant. lib. de gradib. cap. de quarto gradu. Dioſc. lib. 2. cap. 172. & Plin. lib. 8. cap. 29. Theoph. de plantis lib. 8. Gal. 8. Simp. cap. 172.

Oculis medicatur
Et Ictericis.
Dentium dolorem tollit
Maculáſq; abſtergit.

CENTAVREA
Tauſentgülden.

De Centaurea vel κενταυρίῳ Serap. agg. cap. 34. & 35. Gal. 7. Simp. cap. 16 & 17. Auic. 2. can. cap. 6. & 7 Theoph. lib. 19. de plantis. Item Galen. ad papiam de centaureo ſigularem librum conſcripſit.

Plagas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Plagas conglutinat
Schiaſi ſubvenit
Et nervis.
Menſes trahit,
Alvum ducit
Oculos clarificat.

COLVBRINA.
Naterwurtz.

De colubrina ſive δρακοντία, Dioſc. lib. 2. cap. 155. Theoph. lib. de plant. 8. cap. plin. 24. cap. 16. Ægineta lib. 7. ſimp. L. Apuleius de herbarum hiſtoria cap. 11.

Venena fugat
A ſerpentibus tuetur
Aurium dolorem lenit
Polypum abigit,
Et cancrum,
Oculorum caliginem item.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Abortum pellit,
Tuſsim ſedat,
Et catharrum.
Sanguinē ſpuentibus convenit.
Venerem movet,
Phagedenica mundat
Et fiſtulas, &
Pernioni medetur.

ISATIS.
Farb lattich oder weyd.

De Iſate vel Gaiſdone Plin lib. 22. cap 16. ſed perperam herbæ nomen ſcriptum arbitror, & Iſatin dicendum, idq; facile ex Plinii notabis ſcriptis, 20. lib. cap. 7.

Vulnera glutinat
Sacro igni prodeſt
Tumorem ſedat.

HEL-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

HELLEBORVS
Weiß niſſwurtz.

De Helleboro albo vel ἐλλεβόρῳ λευκῷ
Serap.lib. agg.ca. 333. Dioſc. li 4. cap.145. Auic. lib. 2. cap. 242. & 245. Meſve cap. 52. Marſil Ficinus lib. de Epidid. cap. 11.

Pellit abortum.
Sternutatorium eſt,
Lumina purgat,
Et muſcas,
Vomitum facit
Vertiginem pellit,
Melancholicis conducit,
Et lymphaticis,
Hydropicis item.
Lepram mundat.
Tormina ſanat
Et ſchiaſim.

Febribus prodeſt
Et tetano.

HELLEBORVS Niger.

Schwartz nieſſwurtz oder Chriſtwurtz.

De Helleboro nigro autores conſulendi ſunt præfa & plin. lib. 25. cap. 5. & cap. 13. Theoph. lib. 9.

Inſanis convenit
Et Podagræ
Hydropicis quoq;
Item para lyticis:
Phlegma proſcribit,
Et caliginem.
Fiſtulas mundat,
Et menſes:
Depellit abortum

Au-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Auditum reddit
Emendat lepras
Dentium dolorem ſedat.

VERBENA
Eyſenkraut.

De Verbenaca, q̄ Græcis περιστερέων ἱερὰ βοτάνη *dicitur, Dioſc. lib. 4. cap. 58. Plin. lib. 25. cap. 9 & lib. de re medica 2. cap. 18. L. Apuleius in herbarum hiſtoria cap. 3.*

Iuvat ictericos,
Morſus curat,
Oris vlcera ſanat
Venenis nocet,
Febres curat,
Convivas hilarat.
An æger moriatur indicat:
Capiti prodeſt,
Et pectori, atq; pulmoni,

Phtiſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Phtiſi quoq;.
Parotidas diſſoluit,
Calculum frangit,
Impetrare facit
Amicitias conciliat.

GAMANDRAEA.

Gamenderlin / vergiß mein nicht / Bathengel.

De gamandræa Chamædri Gal lib 8 ſimp. cap.10[illegible] Plin 24. cap. 15. Serap lib. Agg. cap. 180. Dioſc. lib.[illegible] cap. 103. Theoph. lib. 9.

Tuſsi medetur
Splen ſiccat
Menſtrua purgat
Hydropicis ſubvenit
Morſus ſanat
Vulnera mundat,

Ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Caliginem pellit,
Et frigus.

IVSQVIAMVS.
Bilſamenkraut / oder bilſen.

De ὑοσκυάμῳ Gal. lib. 2 de morbor. cauſis, Serap. agg. cap. 40 Gal. 8. Simp. cap. 148. Dioſc. lib 5. cap 67. & lib 6. cap. 15.

Podagram lenit,
Aurium vermes necat,
Dentis dolorem mitigat
Compeſcit rheuma.
Menſes impedit,
Hæmophthiſicis prodeſt,
Tumorem teſtium ſedat,
Et mammarum,
Manimam præſtat.

MAL:

MALVA.
Pappeln / oder Ernroſen.

De malva vel Μαλάχη *Dioſc. lib. 3. cap. 15. Serapius lib. aggre. cap. 76. Gal. lib. 7. ſimp. cap. 9. Auic. cano. 2. cap. 7. Plin. lib. 20. cap. 21.*

Veſicæ medicatur,
Vulnus ſanat,
Dentes doloroſos lenit,
Venerem ſtimulat,
Mammas curat,
Abortum parit
AEgilopas pellit,
Puncturas apum ſedat,
Acoras item,
Et capitis furfur
Ac ſacrum ignem,
Matrici prodeſt,
Et inteſtinis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

PARATELLA.

Mengelwurtz/grintwurtz/Streifwurtz/Zitterwurtz Wildampffer.

De paratella vel λαπάθῳ Plin. lib. de re medic. 1. cap. 38. L. Apuleius lib. de virt. herb. cap. 13. Dioſc. lib. 2. cap. 106. Æginet. lib. 7.

Stomachum confortat
Ventrem impedit,
Scabiem curat,
Scrophas compeſcit,
Et parotidas,
Vvulam item
Et dentis dolorem.
Dyſentericos curat,
Et Cæliacos,
Aurium etiam dolorem.
Splenis tumorem ſolvit
Menſes ſiſtit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Lapides expellit,
Et ſcrophas impedit.

LOLIVM.
Rattenkraut.

De lolio vel ἄιρα, ἢ θυάρω, ἢ ζιζανί[...]
Gal. 1. Alim cap. 30 Dioſc. lib. 2. cap. 91. Plin. lib. 2[...] cap. 25. ad finem.

Cancros emundat,
Vulnera curat,
Zernas & lepra Sitem:
Scrophas ſpargit,
Schiaſim curat,
Partus accelerat
Atq; podagras lenit.

CICVA.
Wütcrich würtzerling/wundſcher-lin/Schirling.

De

De cicuta ſive κωνείῳ Serap. agg. 347. Dioſc. lib 4. cap. 77. & lib. 6. cap. 11. Plin. lib. 21. cap. 10. Gal. ad Patern. cap. 77.

Necat,
Epiphoras oculorum ſanat
Sacrum pellit ignem,
Mammas extenuat,
Et podagram.

PIPER.

Pfeffer.

De pipere Serap. agg. cap. 367. Gal. 8. ſimp. & ad Patern. cap. 205. plin. lib. 12. cap. 7. Dioſc. lib. 2. cap. 148.

Digeſtionem confortat
Morſus curat
Et pectus.
Febres compeſcit,
Tormina ſedat
Scrophas reprimit
Caliginem depellit

Maculas delet,
Cancro medetur.

PYRETHRVM.
Bertram.

De πυρέθρῳ Serap. aggreg. cap. 366. Dioſc. lib. 3. cap. 38. Auic. lib. 2. cap. 503. Gal. 8. ſimpl. cap. 71. & ad patern. cap. 208. Auer. 5. collig.

Dentes curat,
Et ranulam ſub lingua,
Et uvam,
Caducos elevat,
Paralyſi medetur,
Febris rigorem tollit,
Sudorem provocat,
Et tetanum curat.

ZINGIBER.
Imber oder Calachutiſchen vnd Indianiſchen pfeffer.

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

De Zingibere Dioſc. lib. 2. cap. 149. Conſtant. lib. de grad. cap. de ſimpl. tertii gradus.

Ea curat quæ Piper.

CIMINVM.
Romiſch kimich.

De Cimino Serap. agg. lib. cap. 187. Gal. 7. ſimpl. cap. 59. & ad patern an. cap. 67. Auic. lib. 2. cap. 140. Dioſc. lib. 3. cap. 61. & 62.

Ventos carminat
Digeſtionem procurat
Venerem ſedat
Orthopnoicis prodeſt
Morſus curat
Teſtes curat,
Et menſtrua.

GALANGA.
Galgenwurtz.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

De galanga Serap. lib. agg. cap. 332. Raſes ad alm. 5. Conſtant. lib. de Gradibus cap. de cal. & ſicc. in tertio.

Phlegmones diſſoluit
Stomachum roborat,
Ventos carminat
Digeſtionem addiuvat,
Et colicos,
Atq; bonum oris facit odorem.

ZEDOARIA
Zitwang.

De Zedoaria Paul. Æginet. cap. Zedoaria, Serap. aggre. cap. 172. Auic. cap. de viribus cordis & 2. Canno. cap. 739.

Obſtat venenis
Morſus levat
Confortat ſtomachum
Ructus ſedat

Faſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Faſtidia tollit
Lumbricos depellit
Allii fœtorem inhibet.

GARIOPHILVS.
Negelein.

De Gario philo Plin. li. 12. cap. 7. Conſtant. in lib. de gradibus.

Corroborat ſtomachum,
Digeſtivam confortat,
Inhibet alvum,
Accendit venerem,
Et memoriam auget.

CINAMOMVM
Zimet.

Plin. lib. 6. cap. 29, Dioſc. lib. 1. cap, 13. Serap. cap. 266, Gal. lib, 7. ſimp. & idem de alimentis Auic. lib, 2, cap, 128.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Humores ſiccat
Digeſtionem promovet
Curat hepar,
Menſes purgat
Tuſsim & catharrum curat
Tympanitem quoq;
Renumq; dolores
Et morſus peſtiferos,
Oculis convenit
Lentiginem tollit,
Et impetiginem,
Hæmorrhoides quoq;.

COSTVS.
Bitter koſten.

De Coſto Gal. 7. ſimp. cap. 43. Ægin. cap. 45. Auic. lib. 2. cap. de coſto, Averr. 5. collig. Serap. lib. agg. cap. 318. Dioſc. lib. 1. cap. 15.

Splen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Splen curat,
Lateriſq; dolorem:
Menſtrua purgat,
Lumbricos pellit,
Lentigines abigit,
Venerem cit,
Febres depellit
Et ſchiaſim tollit.

SPICA.

Dicitur nardus indica.

Confortat iecur
Et Stomachum,
Renes purgat
Et matricem.
Ictero obſtat,
Ventos carminat
Menſes impedit,

Cordis tremōri ſubvenit,
Nauſeam tollit,
Venerem excitat,
Palpebras mundat.

THVS.
Weyrauch.

D: *Thure ſerap. lib agg cap. 128. Gal. 7. ſimp. cap. 97. & ad patern. cap. 275. Dioſc. lib. 1. cap. 72. & 73.*

Oculos clarificat
Vulnera conglutinat,
Panaritium decutit
Auribus prodeſt,
Mammillas tumentes iuvat,
Hæmophthiſicis auxiliatur
Condylomata ſedat,
Sanguinem ſiſtit
Memoriam roborat,

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Caput expurgat,
Et aduſtioni prodeſt.

A L O E.
Oelbaum.

De Aloe Auic. cano. 2. cap. 66. Gal. 7. ſimp. de ingen. ſanit. cap. 11 & lib. de ſequela potent animæ, cap. 2. & lib. de cathar. cap. 3. Dioſc. lib. 3. cap. 23 Serap. cap. 201.

Phlegma expurgat,
Ictericos item,
Vulnera mundificat
Oculis medetur
Pilos retinet
Linguam ſanat
Ventrem lenit
Stomacho ſubvenit.

DE STATV MVNDI

PRælia crudescunt, gerit om-
nis natio bellum:
Omnia terribili regna fra-
gore crepant,
Factio diſtractos in mutua vul-
nera cives
Armat, & alterna clade
dat exitio.
Vſuris exhauſta jacent patrimo-
nia Regum,
Vnciaq; in fœnus nulla ſat
eſſe poteſt.
Non modus in victu, non eſt in
veſte decorum;
Corpora luxuries, luxus
inanit opes.

Quiſq;

Quiſq; ſui ſeſe ſupra genus ordi-
nis effert,
Contentuſq; ſuo denegat
eſſe gradu.
Nemo laborantis, nemo miſe-
reſcit egeni,
Omnis in humano corde
refrixit amor.
Integritas, ſincera fides, can-
dorq; receſsit,
Melle fluunt linguæ, pe-
ctora felle tument.
Fœdera, contractus, commer-
çia, pacta forumq;
Mille ſophiſmatibus per-
via, mille dolis;
A centro dimota ſuo, diſpectaq;
tellus

Intre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Intremit, horrendis concu-
titurq; modis:
AEſtuat inſolitis agitatum flu-
ctibus æquor
Eluviem moles nulla co-
ërcet aquæ.
Degenerant partes mutati enor-
miter anni,
Menſibus æſtivis frigida
torpet hyems.
Tempore non alio defecit cre-
brius unquam
Luna peregrino lumine,
ſolq; ſuo:
Nec prius ignoti toties arſere
cometæ,
Ventorum gravior nec fu-
it ante furor.

An-

Annona in precio eſt vix ære
parabilis ullo,
Vnde fames multis ſævit
acerba locis
In populos ſpargunt diræ conta-
gia febres:
Nec mortis ſpecies una,
nec una via eſt.
Deniq; ceu longo labefacta pu-
erpera nixu
Anxia, ſemianimis plena
dolore gemit:
Sic defeſſa malis natura fatiſcit,
& optat
Exuvias oneris depoſuiſſe
ſui.
O immenſe gigas, qui ſuſtentan-
tia mundum

Ful-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Fulcimenta tenes omnipo-
tente manu:
O lapis abſq; manu de monte re-
vulſe ſuperno:
Rumpe moras, curſum cor-
ripe Chriſte, veni.
Deſtrue ſuccidui reliquũ quod-
cunq; coloſsi eſt
Exordire tuum protinus
imperium.
In quo certa quies ſtat definita
laborum,
Fixus ubi noſtri terminus
exilii eſt.

IN

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

IN MACRVM RAN-
zovii &c. Io. Politus. &c.

CYmbrica quid Latium aut veteres miraris Athe- (nas
Cum tua ſit nulla gloria ſorte minor ;
Mutant cuncta vices, ſed & omnibus obvia terris
Naturæ ex parili tramite dona fluunt.
Quis Boreæ credat ſolem Inſervire, Polumq;
Vt coleret Pallas poſthabuiſſe pharum?
Cernis vt Arctoi celebris ſua lumina tractus
Porrigat, vtq; ſuum ſpargat in orbe Iubar?
Inclyte RANZOVI *doctrina Inſignis & armis*
Qui Daniæ rutilans ſydus in arce ſedes.
Non ego te priſcis poſtponam vatibus, olim
Quos Mecenatis tempore Roma tulit
Tu Themidis Phœbiq; decus tua gloria ſumma
Iungere Romanis pallia Græca togis
Sic veterum profer tenebris monumenta virorum
Noſq; juves ſcriptis nec minus ipſe tuis
Sic tua perpetuo quamvis mors cetera tollat.
Nobilis Ingenii fama perennis erit.

Col. Agrip. 1589.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

CAPITA QVÆ CONtinentur in Speculo Medicorum.

1. Contra dolorem capitis.
2. Contra dolorem aurium.
3. Contra oculorum dolorem.
4. Contra tumorem & fœtonarium.
5. Contra vitium oris.
6. Contra dolorem dentium.
7. De vitio uvæ.
8. Contra faucium dolorem.
9. Ad Synanchen ſeu anginam.
10. Ad raucedinem vocis.
11. De Nephretico dolore.
12. De vereti vitio.
13. De Pthiſicis.
14. De Iſchiade.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

for Rosen / gyldenand / femdisk tyrartel / [illegible]
urt / saffran / sucker

15. De genuum dolore.
16. De Stomacho.
17. De Lipothymia.
18. De Anatropa & diſſolutione ſtomachi.
19. De Catatropa.
20. De defectione ſtomachi.
21. De rheumate ſtomachi.
22. De vitiis veſicæ.
23. De vitiis ani.
24. De hemorrhoidibus.
25. De pſiliacis.
26. De Arthriticis.
27. De Podagricis.
28. De tenaſmo.

1. pleuris . T. N. R. scrip[...]
Remedium contra Pleurisin. Tag heste møg o[...]
lade syde i øll / Eller i vin / oc drick d[...]
2. Sten
Contra Calculum. drick saffran oc støtt m[...]
ol i vin 3 Contra N Øre møg at sie[...]
i vin eller øll . 4. Contra sacrum ignem Roes[...]
hvo der syder spisekomen i gamell øl for[...]
Rosen tager hanna, oc dricker det strax [...]
skal aldrig fang den mere
Til øyen vand / Lapis calamitatis at glødt oc
leske udi win

INCIPIT LIBER qui dicitur ſpeculum Medicorum.

CVm animaduerterem quā plurimos Medicorum, non ſolum Juniores, verumetiam qui doctiores eſſe videbantur, in curationibus humani corporis, faſtidio perurgeri, Pro varietate medicamentorum quæ indiſcrete ac ſparſim a variis Doctoribus, prout cuiq; viſum fuit, ſine certiſſimo experimento ſcripta invenirentur, eorumq; varietatem non ſolum ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

effectum perfectæ curationis, ſed ad errorem illos perducere: infamiæ & labori eorum compatiens, cujuſdam Pauli auctoritatem ſecutus, ea quæ incongrue diſperſa fuerant & ut ita dicam difficilia videbantur in hoc parviſsimo libello, quem ſpeculum medicorum appellari volo, ordinabiliter colligere geſtiens, a capite, quod eſt principium humani corporis, initium ſumpſi, dehinc per cætera membra deſcendens, uſq; ad plantam pedis, quæ certiora ac faciliora ad operandum reperire potui, compendioſe digeſsi: ut curioſi Medici ſine labore & tædio facile valeant invenire, quid cuiq; membro conveniat, ut in proœmio noſſe lectorem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

rem volo. Quod in hoc opuſculo non ſolum prælibati Pauli auctoritatem ſecutus ſum, verumetiam ab aliis Doctoribus exarata, quæ congrua viſa ſunt, & ad operandum facilia, huic adjeci opuſculo.

I. CONTRA DOLOREM capitis.

N*E igitur diu periclitentur & Medici Judociles a pluribus æſtimentur, Oportet, diu permanente dolore capitis, materiam detrahere per os vel nares. Quæ res etiam auribus, & dentibus diutius dolentibus, prodeſt.*

Betæ nigræ radicis ſuccus, minus dimidio melle admixto, ſi naribus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

infundatur, ita ut palatum tranſeat, pituitates oris defluunt.

Item cherefolium in aqua decoctum & cum aqua potui datum pituitatem detrahit.

Item ſinapis vnciam unam, Rapæ ſem: unciam unam, piperis grana xx. Naſturcii ſem: Erucæ, origani, apii, tantundem, ex aceto & melle colliges, & cum aquæ calice per dies ſeptem gargarizabis.

Item origani comam, & hyſopum in mulſa triduo macerabis: dehinc coques, & ſereno cœlo jejunus per triduum gargarizabis tepidū.

Item ſinapis cochlearia duo & aquæ mulſæ ſcyathum unum miſcebis, & calefactum gargarizabitur.

Item

Item maluæ ſemen, in vino contritum nigro, gargarizabit tepidum, pituitatem corporis extrahit.

Item mellis & ſapæ ſingulas heminas, aceti acerrimi libram unam, ſinapi triti, hyſopi, origani, thimi triti, ana unciam unam, ſtaphiſagriæ tunſæ drachmam unam, miſce, cola, & patiens diligenter gargarizet ad ſolem quandiu poteſt.

Item hyſſopi, ſatureiæ ſiccæ, origani faſciculos ſingulos, ſapæ optimæ libram unam, per triduum macerabis. Hoc calidum contra ſolem triduo gargarizabitur. Hæc per ſingulos menſes faciens, ſanus non ſolum capite, ſed & pectore & ſtomacho erit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Item ad dolorem capitis: Menta & ladanum cum aceto trita, frontem illitam mirifice curat.

Item cui caput præ dolore findi videtur, ſuccum hederæ cum oleo miſcebit, & acetum & unget nares & ſtatim dolor ſedabitur.

Item hederæ nigræ ſuccus cum oleo roſaceo & vino mixtus, temporibus & fronti illitus cito ſanat.

Item adverſus omnes dolores capitis: Hederæ folia molliſsime trita, aceto & roſaceo mixta fronti illiuntur.

Item confectio unguenti ad capitis dolorem, ſive ad hemicraniam vel ad frigdorem R. euphorbii unciam unam, ceræ uncias duas, olei

opti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

optimi libram unam, facies cerotum, leni igne ſolutum & inter miſcebis euphorbium.

Item ad capitis dolorem. Porri ſerotini ſucci cochlearia duo, melle mixto mittes in nares: Item ad dolorem hemicranei ſive temporum.

Laſer cum lacte mulieris reſolutum, & in alterius partis aurem infuſum, tepefactum, prodeſt.

Item ad hemicraniam; ſtercus ſoricis cum aceto imponis. Item collæ minutæ tritæ & fronti illitæ dolorem emendat.

Item cornu cervinum in cinerem redactum, aceto & roſaceo mixtum fronti impoſitum, magnifice vitia emendat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Item rutæ viridis folia, & baccas lauri, ſimul in pulverem rediges, & teres cum lumbricis terræ, Adjecto aceto acerrimo, ut ſpiſſum fiat, applica fronti vel hemicraneo.

Item ſucci radicis, betæ purpureæ, cum modico laſare, guttas tres mitte in aurem ab ea parte qua dolet, & ſtatim ſedabitur dolor.

Item ad dolorem hemicranei: Rutæ cimarum drachmas tres accipies, & facies inde ſuccum, & in partem naris quæ non dolet mittes, &, ſi non potuerit ſufferre, intinges linteum in ſucco & impones ſuper hemicraneum ſepties.

Item pulvis ad idem: Baccas lauri & ſinapi, ſimul teres, & diſtem

ſtemperabis aceto acerrimo & linies.

Item acatiæ pulverem cum ovi albumine permiſce & utere.

Item caſtoreum, oleum roſaceum, acetum, nitrum mixtim teres & linies.

Item laſaris, gummi, aqua ſolves & in ea parte quæ dolet, tres guttas in aurem digitis exprimes: ipſa hora gravabitur caput, ſed poſtea ſanus erit.

Compoſitio ad idem: Caſtorei unciam unam, thuris maſculi, opij, drachmas tres, baccæ lauri numero XI. baccæ hederæ XII. hæc omnia diligenter teres, & in aceto acerrimo temperabis, ſive cum ovi la-

chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

chrima, & item temporibus ſuperlinies.

Item phyſica ad hemicraniam. Pulvis Ireos, & ſtercus columbinûm in oleo & melle coctum, fronti impoſitum compeſcit dolorem.

Item ex farina lolii cum ammoniaco æqualiter aceto mixto anacollima facta indues hemicranium: phyſicum eſt.

Verumetiam quia hæc omnia vitia a capite procedunt, oportet congruo tempore gargariſmis & aliis medicamentis purgationem capitis facere: Quoniam ſi caput bene purgatum fuerit aures & oculi nullam poſſunt invaletudinem ſuſtinere.

Et quia diximus congruo tempore purgationi capitis medicum inſiſtere. Primo ponenda eſt illa quæ a Galeno vel aliis medicis comprobata eſt. R. hæc: Hyſopi aut ſatureiæ faſciculum, mittes in cacabo novo, & vini optimi heminam & coques ad tertias, & ex eo jejunus gargarizabis, ut corpus calefacias, ita tamen, ut os non aperiatur, donec omnis tumor vel pituita exſiccetur. Oportet autem caput tegi calido linteo: Expertum eſt.

Et, ſi tibi videtur aptum uti antidotis, catharticam virtutem habentibus, ſubveni; quorum aptiora judicamus fortiſſima Galeni hiera. Logodion picram Galeni do alicui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

per ſe, alicui do mixtam cum picr
Alexandrina, & cœtera antidot
quæ Theoderici nomine vocantur
ad diverſas capitis paßiones profi
ere credimus.

Item unguentum ad febres &
ad capitis dolorem experimenta
tum R. uvæ ſucci uncias quatuor
ſucci verbenæ uncias ſex, Aceti for
tis uncias tres, omnia in unum mi
ſce, agita & cola, & mitte in va
ſe vitreo virtutem habet frigidam
& omnes dolores capitis mitigat.

Trochiſcos vero ex quibus uncti
ones facias ſi componere volueris.
R. Lauri baccarum drachmas tres
opopanacis, opii, croci: ana drach
mas duas: Ireos, cardamomi, mirti

Rutæ viridis, Nitri ana drachmas duas, vinum quod ſufficiat.

Collectis igitur variis medicamentis quæ ad diverſas capitis paſſiones proficere credidi ne pollicitatio noſtri Proëmii falſa videatur, inferius deſcendens, gradatim quæcunq; aptiora & faciliora ad aurium paſsiones invenire potui diligenter collegi.

II.
DE DOLORE aurium.

IMprimis ad aurium dolorem coriandri ſuccus, lacti mulieris mixtus & auri infuſus, dolorem efficaciter tollit.

Item ad aurium dolorem ſive

quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

quæ vermes habent : ſuccus calamentæ permixtus cum cedria & infuſus prodeſt.

Item laſaris granum modicum in eadem aure mittes, & ſtatim dolor quieſcit.

Item cardami ſuccus auribus inſtillatus, dolorem aurium & molarium dentium ſedat.

Item porri virginis ſuccus prodeſt.

Item ad acutiſsimum aurium dolorem; ſpuma argenti & mirrha, pari pondere ex aqua trita bene levigata, facies collyria, cum uti volueris remittes unum ex eis in roſaceo, & tepefactum auri infundes. Frigido quoq; ſi quis utatur item præſtat.

Item adeps gallinaceus ad ignē ſolutus tepidus auribus infuſus, plurimum prodeſt.

Item rutæ ſuccus ſi immittatur curat.

Item ad dolores & ad punctionem: Oleum roſeum cum adipe anſerino infunde.

Item ſi aqua in aurem introierit, & dolorem fecerit, ſuccus ſolius coriandri in aurem expreſſus ſine dubio liberat & ſanat.

Item ad aurium dolorem: Aloen, opium, alumen teres cum vino & melle, & tepefacta in calice pones pannum in aure, & ſic colando mittes, phyſicum eſt.

Item ad aurium dolorem, Myr-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

vham, oleum apium, cum aqua &
melle ut ſpiſſum fiat calefactum
calice depones in calida, & pann
impoſito, in aurem mittes colando.

Item ſi putruerit aut etiam ver
miculos fecerit: fel taurinum, &
mel deſpumatum æquis ponderib
mittes in lucerna rudi, quam ſup
carbones pones, ut lento igne fe
veat, & in unum admiſceatu
Quod medicamentum in dolio v
treo reconde, ex quo cum neceſſe f
erit tepefacies in calice, & mund
ta lana in medicamento infuſa, a
res claudes.

Item ad aurium vitia & ta
repentinos quam antiquos dolor
tollendos: Gummi, hederæ, cum b

tæ n

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

tæ nigræ ſucco, tritum & tepefactum auribus impones vel infundes. Jta tamen ut & rubi teneri ſuccum ſimul miſceas, aquam antiquam exſiccat, ventoſitatem & dolorem tollit; Sic purgabis.

Nucleorum de novellis nucibus majoribus tempore ſuo colliges plurimum & in oleo optimo, in vaſe vitreo conditos contra ſolem macerabis, & ex ipſo oleo in aure mittes.

Item excavato malo granato mittes mel & auri pigmentum tritum, & auri infundes.

Item ſuccum foliorum porri virginis in aure mittes & cum crepuerit vulnus, ipſum ſuccum adipe gallinaceo infundes & ſanabitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Item cepæ africæ ſuccus cum melle ſubactus & inſtillatus, auriculæ graviter audientis emendat dolores, ſed & purulentas auriculas expurgat, vermes necata, quam evocat & ejicit.

Item roris marini ſuccus cum oleo roſeo & ſapone gallico ſimul reſolutus coctus & tepidus infuſus vetuſtiſſimas ſordes expellit, & extrahit pus & auditum facilem facit.

Item lac cum felle caprino mixtum infunditur auribus putentibus atq; dolentibus.

Item ad vulnera aurium quæ intrinſecus naſcuntur: Excavato malogranato mittes mellis cochlea-

ria

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

ria duo: aceti cochlearia tria, pulveris aphroniti cochl: II. *Ac poſt* hæc ſuper cineres calidos mittes, ita ut levi calore ſubulliant donec ſenſim decocta redigantur in unum, ex quo tepefacto auriculæ infundes.

Item ad ſurdos vel qui graviter audiunt, Vervecinum fel, cum butyro, pari portione mixtum auribus infundes, et ſurdos, quamvis multo tempore non audierint, curat. Sed & alia eorum vitia curat & ſanat.

Item ad eos quibus ſubito auditus auferri videtur Nitri pulverem mittes in aurem & acetum ſuper infundes: De vino etiam & oleo roſaceo poſteriora capitis unges,

 Quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Quæ unctio etiam ad dolorem capi-tis prodeſt. Hinc ut præmiſſum eſt in proëmio tranſeundum eſt ad oculos.

III.

DE OCVLORVM dolore.

O*Culi ſi quocunque pacto doluerint, uteris hoc cataplaſmate, Dactylos pingues ſeorſum immittes. V. in paſſo opii drachmas duas, & ſimul teres, beneque commiſcebis mellicrato, ſimul cocta ad carbones & trita: Miſcebis etiam roſei olei cochlearia duo, & vitella ovorum duo: Poſtquam commiſcueris, uteris, ſanat, Valet autem non ſolum*

ad do-

ad dolorem ſed etiam ad tumorem.

Item adipem anſerinum cum oleo coques & ſuperunges.

Item vitellum ovi aſsi cum opio & croco, & melle, tritum imponito.

Item lauri folia in vino cocta dolorem & tumorem quam potentiſſime ſedant.

Item chelidonia in aqua decocta ſi ex ea aqua oculi foveantur dolentes, valde prodeſt.

Item ad oculorum dolorem, Dactylos tritos in modum cataplaſmatis oculis noctu imponas.

Item hordeacea farina cum vitello ovi, contuſa, adjecta aqua, ocu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

lis impoſita tumorem doloremq; ſedat.

Item coriandrum viride tritum admixtum lacti mulieris, tumentium oculorum dolorem ſedat, & ſtatim ſanat.

Item cucurbitæ viridis radix trita & ſuper tumentes oculos poſita tumorem doloremq; ſedat.

Item caprinus fimus cum vino ſparſus, aut in aqua tritus, in modum collyrii factus, & ſuper oculos illitus, prodeſt.

Item ad epiphoras oculorum & tumores, Paſtinacæ agreſtis radices in aqua lotas ex aqua decoques & ex ea aqua oculos fovebis.

Item papaveris, cauliculi ſicci

vel

vel viridis cum ſuo fructu triti imponuntur.

Item lini ſemen cum thure ex aqua tunſum, circumliniatur:

Item panis vino infuſus tumori oculorum imponatur.

Item lentiſci folia tenera contrita & fronti impoſita epiphoras tollunt.

Item mandragoræ radix cum roſaceo & vino trita & fronti impoſita epiphoras tollit.

Item mandragoræ radix cum roſaceo & vino, trita & fronti impoſita epiphoras tollit, & dolorem ſedat.

Item folia cicutæ trita & circumlinita epiphoras ſanant & dolorem ſedant.

Item

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Item albumen ovorum, oculis impoſitum, & infuſum epiphoras curat, prurigines mitigat, refrigerationem præſtat.

Item caſeus mollis caprinus ex aqua ferventi ſuper poſitus, epiphoras curat.

Item ametiſtus lapis in lacte mulieris tritus, ex eo ſi primo ungatur intrinſecus, & deinde epiphora ungantur, ſanat.

Item ad oculos ſuffuſos ſanguine. Sanguis ſtillatus columbæ vel perdicis vel turturis ſanat.

Item imponi debet ſuccida lana ex oleo aut vino.

Item hyrandinis pulvis ſanguinis ſuffuſioni oculorum et ictibꝰ pro-

deſt

deſt illitus & poſtea non dolebunt.

Item caprino ſero tepefacto aſſidue foveantur.

Item verbenæ natæ folia trita adjecta ad idem.

Ad ſuffuſionem ſanguinis in oculis: Accipe ovum elixatum ita ut ſit durum, & ablata teſta per medium finde, vitelloq; ejecto imple cimino, leni pruna calefacto pulvere, ambas ovi particulas, oculis patientis, dormitum euntis calidum ſuperpone, & facias tamen, ut inter oculos & medicamentum ſubtiliſſimum linteolum habeatur ne pulvis oculos ingrediatur, ſalis puſillo impoſito, Poſtera die, ſublato medicamento, ſanguinē de oculis expurgatum videbis.

Item

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Item ad lachrymas reſtringendas Rutam ſiccam & melanthium æquis ponderibus miſce, & oculos inunge, certum eſt lachrymas reſtringere.

Item ad rheuma oculorum: Leviſtici folia deligno in ligno tunduntur ejus ſuccus in vino veteri penna inungitur.

Item ad lippitudinem vel ad eos, qui angulos oculorum combuſtos ab humore habent: Roſæ & fœniculi radices ex aqua fontana, & oleo pari portione coques donec aqua conſumatur, & ex eo oleo inunges & miraberis.

Item ad caliginem oculorum: Succi chelidoniæ & fœniculi vel abrota-

rotani ana cochlearia duo, commiſcebis, & exinde cum penna, mane & poſt meridiem, & ſero, ſed poſt digeſtionem, lac mulieris, quæ puerum nutrit, perfunde, propter acerbitatem medicamenti ut refrigeret: Hoc etiam maculas tollit, & impetum rheumatis reſtringit & omnia vitia abſtergit,

Item balſamum & mel æquis ponderibus miſcebis & exinde oculis infundes.

Item fel vulturis cum marrubii ſucco, vel pulvere & melle attico mixtum ſimul, & cum penna oculis infuſum omnem caliginem oculorum aufert.

Item mirrham cum croco pari

por-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

portos teneat et ipſa aqua oculos in-
tret. portione ex vino teres & le-
ve ſit quaſi collyrium & unges
Quidam filiam ſuam ita curavit.

Item chelidoniæ ſuccus oculis ſu-
perfricatur.

Item centaureæ ſuccus minori
adjecta mellis æqua portione inun-
ctis aciem extenvat

Itē caligantibus oculis ut clarita
reſtituatur et ne facile in hoc pericu-
lū incidatur: Centaureæ manipulus
in vini ſextariis ſex coquatur, ac tri-
duo maceretur & exinde cotidie he-
mina melle mixta jejuno propinetur

Item ad caliginem oculorū: Ma-
ratri radices et folia lavabis et tun-
des & in aqua coques mel, tepefa-
cto, aſperges faciē, ita ut oculos aper-

Item

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Itē ad caliginem et ad vitia ocu-
lorum vetuſſima et ad gravedines,
et ad eos qui jam prope nihil vident,
hoc remedio experto uteris et facies
ut videant clariſſi: ſine omni vitio:
Piperis albi ſcrupulos duos, cepæ, bal
ſami, fellis vitulini ana ſcrupulos
duos, ſeu vulturis ſive herodii pug-
nacis, mellis attici, aut boni, uncias
duas, veteris vini optimi ſcyathos
tres, fœniculi ſucci ſcyathum unū &
ita cōmpones: Piper & crocum tere
diligentiſſime, ut bene lene ſit, dein-
de commiſcebis vinum, & ſuccum
fœniculi per partes. Cumq; to-
tum medicamentum ita tritum,
& levigatum fuerit, oportet tran-
ſponi illud in pixide cuprea, & re-
poſitum ſervari, cumq; uti volueris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

ex eo unguento illud potentiſſimu invenies, quo multi luminibus ob ſcuratis reſtituti ſint ſanitati.

Item ad leucomata oculoru magnum remedium ut diebus de cem videant: Cardi agreſtis ra dices ante ſolis ortum pala ligne effodies & tundes ex ligno in ligno roboreo, excepto ſucco: colabis, in vaſe vitreo recondens & exinde unges. Succus viſcidus primum de oculo pelliculas membranæ tollit, deinde curat: Res eſt magnifica.

Item ad caliginem & cæcitatem, & craſſitudinem abſtergendam, veretrum cervinum decoques in aqua, & ex ea aqua oculos fovebis per dies XII. & ſtatim ſanabuntur.

Item

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Item ſero ex caprino lacte calido per dies XII. fovebis oculos & multum prodeſt.

Item amoniacum & thimiatos mittes in vino tyriaco, teres & unges. Hinc ad nares tranſeundum eſt.

IIII.

DE TVMORE ET fœtore narium.

SI *nares tumuerint aut polipum habuerint, coſtum in pulverem redactum mittes, aut ceram cum melle mixtam penna induces.*

Item carica contrita & in olla nova cum poſca decocta emendat fœtorem.

Item hederæ ſuccum collectum
naribus infundes.

Item ariſtolochiæ ſuccus, cum ci-
pero vel dragunteæ ſemine cum
melle infunditur.

Item ad nares graveolentes
dragunteæ ſuccus cum vino infundi-
tur, quæ res etjam & canceromata
ſanat.

Item herbæ betonicæ tritæ parum
ſalis admiſcetur, inde quantum
duobus digitis tollitur, collirium for-
matum naribus infunditur.

Item ad polypum: Æris limatu-
ræ unciam unam, amoniaci uncias
duas, aluminis uncias tres, aceti a-
cerrimi cochlearia ſex, ſicca teres
cum aceto diligentiſſime & mittes

in pi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

in pixide ærea, & agitabis de virga ærea ad ſolem uſq; ſiccetur, deinde teres in mortariolo diligenter, Poſt hæc repones in vaſe fictili, & quando uti volueris mitte pulverem in calamo, aut in canna ſubtili, & ſuffla in naribus.

Ad ſanguinis fluxum ex naribus, ſi maſculus fuerit mentulam teneat in aqua frigida, ſi mulier, mãmillas, probatum eſt.

Item ad profluvium narium, Agninæ pellis cinis tritus naribus impoſitus ſiſtit, vel ejuſdem cinis in aqua calida potus prodeſt, & ſanguiſugis tribus ſubfumigare prodeſt.

Item teſta ovorum, unde pulli exeunt, in pulverem redacta, per

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

fiſtulam naribus inſuffletur.

Item cepæ ſiccæ commaſticatæ constringunt.

Item ſpongiæ combuſtæ cinis in naribus miſſus ſtringit.

Item fronti illinitur urticæ ſuccꝰ.

Item lana ſuccida in nare conjicitur cum roſaceo & auriculæ lana ſuccida obturantur.

Item coagulum agninum mire facit cum aqua ſubactum & infuſum.

Item adipis anſerini cum butyro pari pondere mixti paſtillus inducitur.

Item cochleæ contritæ frontiq; illitæ proſunt:

Item medulla nucis quæ nucleos

divi-

dividit comburitur eiuſq; cinis naribus inſufflatur.

Item fimo equino cum aceto trito jungis picem virgineam tritam quod unctum ſub actumq; fronti & collo ac cervicibus imponitur, & venæ fluentes mox clauduntur.

Item gallulas teres & pulverem eum per fiſtulam naribus inſufflabis.

Item linteo exuſto narem claudes.

Item ventoſam in cervice pones.

Item fimus caballinus uſtus, tritus & naribus per fiſtulam inflatus prodeſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

V.

DE VITIO ORIS.

AD vitia oris, ut promiſſum eſt, gradatim deſcendendum, Sepiarũ oſſa in cinerem redacta & ori aſperſa, vitia ejus emendant.

Item vacuarum baccarum lauri cinis, cum mirto tritus ac ſparſus vitia emendat.

Item ad ranulam oris; æruginem campanæ, alumen medicum, cum vino modico pone ſub lingua & gargariza.

Item ſinapis ſemen ſive raphani ex vino decoctum & uno obulo datum emendat.

Item herba ciclamidis trita tro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

chiſcos facies æquales & his cum opus fuerit uti ex aceto ad mellis craſsitudinem rediges & illinies, reprimit & ſanat.

Iem ad vulnera oris ſive tumorem gingiuarum, Abrotanum tere diligenter viride, & cum melle miſcebis tangeſq; loca quæ dolent, & deforis ubi erit tumor appone: mirabiliter curat.

Item ad putredinem oris linguæ ſive palati aut gingiuarum quæ ab humore comeduntur, Aluminis ſciſsi unciam unam, gallæ aſianæ unciam I. S. mirrhæ uncias duas, piperis uncias XV. mellis deſpumati uncias novem colliges & uteris.

Item ad uſturam oris aut gin-

giuarum aut genarum: Succus caulis cum melle gargarizetur, expedit ut ſtatim ſanet vulnera.

Item ad fœtorem oris, Folia fici commaſticata emendant.

Item pulegium et ſerpillum commaſticatum idem facit.

Item vadens dormitum aceto bono os lavet.

Item maſtiche commaſticetur et vino ſuavi os colluatur.

Item folia mirti & lentiſci æquali pondere, & gallæ ſiriacæ dividens pondus ſimul tere & aſperſo vino vetuſto mane manduca.

Item ſi halitus fœtet cum dormitum vadis aceti boni ſcyathum u-

num

num per partes ſorbeat. Hoc & in coctione & mane & ſero inde ſorbeat & prodeſt.

Quod & ſi ſplenetico dederis in paucis diebus ſanus erit.

Item hederæ baccæ cum caſsia & mirrha pari pondere ex vino dantur.

Item ſerpillum jejunus maſticet & deglutiat.

Item ad os ſalivoſum & lividum: Lentiſci faſciculum in umbra ſiccatum tundes & cribrabis, & de cortice pini trito tantundem miſcebis & dentes fricabis.

Item origanum teres & cribrabis, & exinde dentes gingivaſq; fricabis: Hoc & tumorem gingiva-

varum & pallorem eaſq; ſanguinantes emendat.

Item ad gingivarum dolorem & tumorem. Camomillam herbam teres, pulverem vino mixtum coques donec ad dimidium redigatur, & ex eo os lavetur, ſtatim emendat.

Item labra ſi fuerint rupta, pulegium & acetum miſcebis & cum dormitum jeris exinde tanges.

Item adeps anſerinus aut gallinaceus rimas labiorum emendat.

Item membranam ovorum crudam vel coctam detrahe, labiorum fiſſuris medetur: Item labrorum ulcera & linguæ ærugines ſanant in mulſa decoctæ.

Ve-

Verum quia vitiis, oris ſatis diximꝰ, Diamoron confectionem ſubſcripſimus, quam ad omnia oris vitia proficere credimus: Cujus confectio talis eſt.

Mororum ſativorum ſucci (ſed meliora ſunt quæ in rubis naſcuntur) libras tres, mellis libram unam, & ad vaporem ignis pones, uſq; dum ad craſſitudinem mellis veniat. Tunc addes mirrhæ drachmas duas: tunſa & cribrata miſcebis & gargarizando uteris. Hinc ad dentes tranſeundum eſt, qui totius corporis & decus & firmamentum ſunt.

VI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

DE DOLORE dentium.

ERgo ſi dentium dolor fuerit, a
ſparagi radix decoquitur in vin
& in ore continetur & dolorem ſe
dat. Succus ejus ſimiliter facit.

Item braſſica commaſticata do
lorem facilime ſedat.

Item hederæ radices coques i
mero puro. Quod ſi decoctum in o
re teneatur tranſit dolor.

Item ſuccus hederæ cum acet
& puro ſale in adverſa nare mit
tes.

Item thimum & pirethrum pa
ri pondere adjicies.

Item pirethri radix & mel &

poſca

poſca gargarizetur & teneatur in ea parte quæ dolet.

Item ad dentium priorum dolorem, Cypreſſi pilulas in vino decoctas ex eodem vino tepidum in ore teneat & ſanabitur.

Item Ciperi pulvere dentes & gingivæ replentur.

Item radix peniaphili cum aceto vel cum vino decocta in ore contineatur.

Item mittes in olla acetum & ſatureiam & ſal ut ſimul ferveant & in ore teneat patiens quandiu poterit.

Item vinum & piper miſcebis & tepidum in ore tenebis.

Item dentifricium ad dentes ni-

gros

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

nigros ut candidi fiant: pumicem di-
ligenter teres & admiſcebis mi
quod ſufficiat, & ſimul miſcebis &
in linteolo ſpiſſo conſtringes, & ſu
per patinam rudem & mundã im
pones in carbonibus tam diu done
carbo fiat, poſtea tundes & cerne
diligenter, mane dentes fricabis, e
de nigris candidos facies.

Item quod dentes firmet & can
didos faciat: Sal commune teres di
ligenter, & adjicies mellis deſpu
mati quod ſufficiat & ſimul miſce
bis, & ex illo paſtillos breves faci
es in modum verticelli quo mulie
res utuntur. Quos in patellæ fundo
ut unus ab alio diſtet compone, &
ſuper carbones tam diu manere per

mit-

mittes, donec comburantur: poſtea in mortariolo mittes & bene conteres, poſtea addes palmarum oſſa combuſta, partes duas, & trita bene in vaſe recondes, & ex inde mane dentes tanges, ita ut aliquandiu in ore eſſe medicamentum patiaris.

Item Yris Illiricæ drachmas duas, peculiaris coſti drachmas XXIIII. Ceſſereos coctæ drachmas XXIIII. ſalis communis drachmas VIII. folii, coſti ana drachmam unam: Omnia ut ſ: conficies.

Allii, cepæ, ana drachmas duas. Nardi, ſtachii, caſſiæ, ſquinanti, mirrhæ, roſarum ſiccarum, Amomi, folii, ana drachmas tres. Omnia

purga-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

purgabis tunſa, creta, mixta dili-
genter cum volveris uti.

Item ad dentium dolorem; opo-
panacem denti qui cavus eſt impri-
me.

Item bolam ſiccam in vino co-
ques & in ore calidam continebis.

Item urticæ minoris radicem
commaſticabis, lapſos dentes mira-
biliter conſtringit.

Item enula jejuno commandu-
cata dentes confirmat.

Item ad dentes candidos facien-
dos: Dentifricium pumice combu-
ſto, & trito dentifricio utere.

Item conchilii marini teſtam &
ſal combures, teres & exinde den-
tes fricabis.

Item

Item teſta ſepiæ tunſa & cribrata cum pumicis farina parte dimidia, & cum coſti pulvere cotidie dentes fricato, & candidi erunt.

Item bulbi albi cinis, dentifricium eſt.

Item oſſa ex ungulis ſuum combuſta eundem uſum præſtant.

Item inviolabilem præſtabit firmitatem dentibus, ſi cotidie jejunus granum ſalis habueris ſub lingua, donec liqueſcat.

Item cerebrum leporis in cibo datum.

Item butyrum cum melle temperabis & exinde gingivas fricabis. Hinc ut promiſſum eſt ad uvam & fauces deſcendentes medicamina

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

quæ congrua ſunt ſubjungamus.

VII.

DE VITIO UVAE

ERgo ſi cui uva diſtillaverit aut fauces tumuerint ita curandæ ſunt. Corium de nuce contundes & exprimes ſuccum, & exinde mittes uncias ſex, & mellis unciam unam donec ſpiſſum fiat, & ex eo collyrium unum vel cochlear unum jejunus gargarizet.

Item ad uuam, Cimarum olivæ faſciculos coques in aqua fontana ad medietatem & jejunus gargarizet.

Item ad uuam reprimendam, & ad gingivas tumentes. Beto-

nicam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

nicam ex aceto decoques diuq; calidam gargarizabis.

Item uvam jacentem vel diſtillantem ſucco betæ & abſynthii ſublevabis.

Item cinis teſtarum oſtrearum addito melle illinitur.

Item ſinapis cum melle et aceto, gargarizetur.

Item ſuccus urticæ gargarizetur.

Item confectio pulveris ad uuam ſublevandam: Ciperi uncias quatuor, mirrhæ uncias tres, aluminis ſciſſi unciam unam, ſandaracæ uncias quatuor, croci ſcrupulos tres, omnia hæc trita & cribrata in unum pulverem rediges.

Item anteræ pulveris alia confectio. Floris roſæ uncias duas, croci magni, unciam unam, aluminis ſicci ſcrupulum unum, Gallarum numero V. balauſtiæ, Yreos, & ſandarace, ana unciam unam.

VIII.

CONTRA FAVcium dolorem.

C*Arthæ combuſtæ & folii pulverem miſcebis cum melle deſpumato & uteris.*

Item lac ovium gargarizatum prodeſt.

Item ad fauces limpidandas; Dragaganti, uvæ paſſæ enucleatæ ana uncias IIII. Nuclei cepæ

drab-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

drachmas duas, mellis deſpumati quod ſufficit.

IX.

AD SYNANCHEN ſeu anginam.

COſtum, alumen ſciſſum, ſpicam nardi, crocum, flores roſarum, gallam, æquis ponderibus in pulverem molliſsimum rediges, & cum melle deſpumato.

Conficies emplaſtrum ad Synanchen. Vnges bene ſartaginem de axungia porcina, & mittes tertiam adipis anſerini tepefactum ac reſolutum linteo impones, quinto die maturabitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

X.

AD RAUCEDINEM vocis confectio.

ARtariacæ, dragaganti ſcrupulos XIX. in paſſo cretico infundes ſeorſim & teres ſimul, & croci ſcrupulos quatuor, Dactylos pingues purgatos, & dragagantum minutatim infundes & ſic teres & uteris.

XI.

AD VOCIS CLAritatem recuperandam.

APii ſeminis, fœniculi, anethi, pulegii cochlearia ſingula plena ſimul terendo in pulverem rediges. Hinc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

vini cochlearia mittes, & plenum calicem de ſucco fœnu græci commiſcebis & ter in die gargarizabis per dies quatuor, expertum eſt.

Item ad vitia vel dolorem omnium membrorum quod Vendicianus edocuit: Satureiæ tenuioris in ſolæ ſiccatæ uncias ſex. Rutæ viridis foliorum uncias ſex, Baccarum lauri maturarum libram unam, cimini libram unam, & olei veteris libras XV. Herbæ verbenæ cum radice ſua uncias ſex, ceræ libras duas, ſatureiam, rutam, baccas lauri & ciminum diligenter ſeparatim in pila conteres, & omnia in vino infundes diebus tribus, Ita ut omnes ſpecies vino con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

tegi poſſint, poſtea decoques, & cum cocta fuerint mittes oleum & herbam verbenam & iterum coques ut omnis vis humoris excoquatur, poſtea oleum quod ſupereſt, ſi potueris, colabis & iterum coques vinum, ceram ſuper mittens ut reſolvi poſſit. Et cerotum factum ſervabis ad cauſas ſuperius ſcriptas. Ne contemnas vires hujus medicamenti valde enim neceſſarium eſt.

Dolorem & rigorem cervicis patientes, butyro perfricati dolore carebunt, adipeq; anſerino peruncti, potenter ſanabuntur.

Item ad raucedinem vocis, Comas abſinthii & mirti coques in vino & gargarizabis.

Re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Reminiſcor me in prôëmio hujus libelli promiſiſſe uſq; ad plantam pedis deſcendere, quod utiq; feciſſem ſi licuiſſet. Sed quia fractus infirmitate nequeo cuncta ex amuſſim colligere, finitis omnibus medicamentis quæ ad caput quod eſt principium corporis pertinent, & ubicunq; ſenſus hominis ſedem habeat, uſq; ad guttur & fauces deſcendens, curioſos moneo medicos, ut ſtudioſe ſuos revolvant libros, & quæcunq; vitia quæ a faucibus inferius naſci ſolent curanda ſuſceperint, ne pigeat illos diverſarum ſpecierum medicamenta componere. Tamen ego quæcunq; potero invenire quæ aptiora mihi vi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

dentur, prædictis medicamentis quæ ad caput pertinere videntur ſubjiciam.

XII.

DE NEPHRETICO dolore.

M*Edicamentum ad nephreticos & qui habent lapides in renibus aut in veſica. Accipe patellam fictilem novam, & mittes in eam aquam ut bulliat & ſaporem perdat. Hinc occides hircum quadriennem & ejus ſanguinem in prædicta patella ſuſcipies & coöperies, ad ſolem & lunam ſiccetur & bene ſiccatam teres & cribrabis, & admiſcebis mirtum & dabis exinde*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

de cum ſapa bibere cochlear unum, & ſine mora comminuet lapidem, & per urinam projiciet & alios non permittet.

Conditum nephreticis & calculoſis & ad veſicæ & lateris dolorem. R. hæc: petroſelini, betonicæ, apii ſeminis, fœniculi, rutæ agreſtis, ſpicæ marrubii, roris marini, zinziberis cimini, aſparagi ſeminis ſaxifragæ, Enulæ, unciam unam S. Piretri unc: 1. piperis uncias quatuor. Hæc omnia in pulverem rediges & facies conditum vini veteris optimi libras ſex, mellis deſpumati libras quatuor, & cum dare volueris, accipies ex hac confectione penſum drachmæ u-

nius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

nius & dabis cum aqua calida, veſicæ & lateris dolorem ſedat.

Item ad dolorem & ad lapides ejiciendos, & ad urinam provocandam: Petroſelini unciam unam, piperis unciam unam, fœniculi, Hellenii, ana uncias quatuor. Dabis ſcrupulos tres cum aqua calida.

XIII.

DE VERETRI vitio.

F*Vliginem ex aceto teres & illines, ac deſuper lanuginem mundam appones & mox ſanabitur.*

Item ungularum muli vel mulæ cinis ſuperaſperſus mire ſuccurrit.

Item

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Item dentium caballinorum tunſorum cinis aſpergatur.

XIIII,

DE DOLORE ET tumore teſtium.

P*Aſtinacæ radix contunſa & alligata utrunq; ſanat.*

Item betonicæ folia ſiccata in umbra & in pulverem redacta, ſcrupulos duos & in aquæ calidæ ſciathis duobus potui data dolorem tollit.

XV.

DE PHTHISICIS.

P*Otionem iſtam ad phthiſicos facies*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

cies Agrimoniæ radicis corticum drachmas novem, piperis grana LXXXI. vini calidi tres libras, radicis ebuli ſucci calicem S. Omnia commiſce, ſimul mixta teres, potiones fiant & in tina calida ex multis herbis bene olentibus ordinatis matutino accipiantur. Coxam vero ex acopo colaſtico unges, & tam diu ſedeatur in ipſa tina quo ſufficere poßit, & non negliges, quia expertum remedium eſt.

XVI.

DE ISCHIADE.

POtio mirabilis ad Iſchiaticos R. hæc: Gariophili maſtices piperis ana gra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

grana XX. Juris ebuli ovum plenum mellis tantundem, vinum rubeum aut carenum bonum ſimul miſcebis, ut fiat plenus calix & ſic ipſum in balneo cum ſudare cœperit mane jejunus bibat, & poſtea abſtineat a cibo, quia hæc potio ſoluit.

Item cataplaſma ad ſchiaticos. Lupini farina cum aceto aut oximelle aut poſca cocta & impoſita ſuper dolorem mire juvat.

XVII.

DE GENVVM dolore.

RVTam viridem cum ſale & melle teres & impones ſtatim dolorem tollet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Item fabam coctam cum melle aut ovo temperatam ut cataplaſma impones.

Item ad genuum vel tibiarum ubicunq; tumor fuerit. Simphoniacæ radix trita cum ſtercore ovino & modico ſale tanquam malagma impoſita prodeſt.

XVIII.

DE STOMACHO.

ORdo exigit ut de ſtomachi cauſa breviter ſubjungamus. Ergo quia ſtomachus noſter qui totius corporis obtinet principatum 24. paßionibus ſolet vexari, cauſa brevitatis cognitionem ſigna relinquens,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

quens, curationem quarundam paßionum breviter intimabo.

Quod ſi dolor eſt ſine febre in ſtomacho, vaporationes adhibere debes ex farina triticea cocta in vino mixta cum abſynthio; ſi febricitant, elixaturam roſæ, coctæ in aqua aut in lacte bovino, aut ciminum aſſum, aut apii ſemen, ex quo, trito cum calida aqua, in potu accipiant.

Quod ſi antiquus dolor fuerit pigram accipiant & epithemate utantur diaſthiracos.

Debilitatio ſtomachi ſi fuerit fomentum erit adhibendum ſic R. Celticæ drachmas duas, maſticis drachm: II. roſæ drachmas tres

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

apii ſeminis drachmas duas, Abſinthii drachmas duas, citoniorum faſciculum unum: Hæc in linteolo liga & infunde vino veteri puro & coque, uſq; ad medietatem, unde lanam carpinatam intinge & exprime & ſuper ſtomachum impone.

XIX.

DE LIPOTHYMIA.

SI *lipothymia id eſt malefactio ſtomachum tentaverit, odores bonos naribus apponamus; Pulegium mentam, rutam, abſynthium.*

Item obtalmicum naribus apponimus & hieram picram damus, & e-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

& epithimate dialoeſi imponamus, & abſynthii pontici elixaturam bibant.

XX.

DE ANATROPA & diſſolutione ſtomachi.

Anatropa ſi in ſtomacho ut fuerit cibum vel potum non capiant, ſed ſtatim vomant, ſtomachus ungendꝰ eſt ex oleo nardino, vel camomellino aut anetino tepido, & ſuper aſperge maſticis pulverem & lanam carpinatam impone.

XXI.

DE CATATRO-
pa.

CAtatropa ſi in ſtomacho fuerit, ſi febres non fuerint, laventur, & potum accipiant ova cum melle vel oximelle cum elixatura apii & anethi, & cibis ſtipticis utantur qui ventrem non ſolvant.

XXII.

DE DEFECTIO-
ne ſtomachi.

SI defectio fuerit, ut frequenter cibos rejiciant, hæc potio magna, & a Galieno probata, ita præparanda eſt. Citoniæ radicis cortices in vini mirtini libris tribus coques ad ter-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

tertias, & adde tantum mellis, ut ad menſuram veniat, cola & da jejuno ad gargarizandum per triduum cochlearia duo.

XXIII.

DE RHEVMATE ſtomachi.

R*Heumatiſmus ſtomachi ita curandus eſt: Calida ubi coxeris roſam, os colluat, aut ex diamoron aut oximelle accipiant in potum elixaturam anethi ſicci, & apii viridis, & granati vinum, aut citoniorum maturorum, vinum expreſſum, cum calida in potum accipiant. Docet Hypocrates nos in ſuis apho-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

riſmis quod nephreticæ paſſiones, & quæ circa veſicam naſcuntur laborioſe tantum aliquando curantur: Quod ſi febres non fuerint purgari debent ex hiera quam maxime poſt phlebotomi evacuationem, & poſtea adhibe cataplaſma tale, id eſt rorem marinum, ſam ſuccum & his ſimilia, & iterum adhibemus cataplaſma & vaperationes, & poſt hæc adhibemus cerotaria & emplaſtra malactica id eſt mollitiva.

Item conditum nephreticis calidum multum valens

Petroſelini, ſquinanti, nardoſtacii, ana drachmas quatuor, aſari, & berberis, dauci ſeminis ana

drach-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

drachmas quatuor, marathri ſeminis drachmas duas, Vini optimi viginti libras, mellis deſpumati libras decem, tere ſiccas ſpecies, & cerne ſubtiliſsimo cribro, & ipſum pulverem mitte in vino & melle quod ſufficit.

Item aliud conditum experimentatum ad calculos & Ilii dolorem & urinam provocandam: Piperis petroſelini ſaxifragæ, macedonii ſeminis, ſpicæ aſari, galangæ ſeminis, marathri, zinziberis, dauci ſeminis, apii ſeminis, cimini, elenii, caſsiæ, meu, graniſolis, gariophili, juſquiami, ſileris, coſti, carpobalſami, pulegii, archiotides, baccarum lauri, ſamſuci, aſparagi radicis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

cis, pirethri, folii, penthaphili, careu, cardi radicis, libani ſeminis, erucæ, ruxi, cucumeris, cardamomi ſeminis, graminis radicis, æquali pondere omnia trita, & diligenter cribrata, diſtempera cum vino & melle & fac conditum, multi auctores laudaverunt.

Item aliud conditum, nephreticis, calculoſis, renes dolentibus, ſtrangurioſis: Petroſelini drachmas ſex balſami ſemen ſcrupulos VIII. Spicæ nardi ſcrupulos 4. maratri ſeminis uncias ſex, apii ſeminis ſcrupulos ſex, piperis unciam unam, Mellis deſpumati librã unam, vini optimi libras tres: Hæc omnia in pulverem redige et quando vis tribue. *Item*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Item ad renum dolorem antidotum & arenas detrahendas: R. apii ſeminis petroſelini ana uncias duas, aniſi uncias tres, dauci ſcrupulos XII. ſquinanti ſcrupulos XIX. cepæ ſcrupulum unum dantur in modum lupini & aquæ ſciathis tribus, & mel quod ſufficit.

XXIIII.

DE VITIIS veſicæ.

QVia de renum vitiis brevitati ſtudentes, pro ut poſſe fuit, diximus nunc ad veſicæ vitia tranſeamus: In præmiſsis oſtendimus confectionem antidoti, quod conficitur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

ex lapidibus qui inveniuntur in viſica porci maſculi & maſculæ, qui conjunguntur co fectioni quæ dicitur litotripon id eſt pertundens lapidem quæ conficitur ſic: Betonicæ, petroſelini, phu, meu, nardoſtacii, dauci cretici, aſari, acori, ane uncias duas ſimul omnia tunſa addito melle repone in dolio plumbeo, & quando volueris potui dato ſcrupulum unum, ſi febrit ex mulſa, ſi non, ex condito quod nephreticis eſt aptum cum elixatura radicum herbarum diureticarum ut aſparagi apii, fœniculi, graminis & aliorum ſimilium.

XXV.
DE VITIIS ANI.

In ex-

IN extale id eſt in ano multæ fiunt cauſæ, ut condilomata, verrucæ grandula, & agrocodina id eſt, verruca puſcia cum magnitudine diverſorum generum granarum, ut piſi, fabæ, aliquando nucis, fiunt ragadiæ, aliquando tumor eminens, ut ipſum orificium claudi videatur. Pro his omnibus tumoribus adhibendum eſt medicamentum: Mortarium fac ex molli cum piſtillo ſuo, & mitte olei roſei partes duas, & vini optimi partem unam, & ſimul diu terantur donec unum corpus fiat in modum ceroti ſpiſſi, & loca tuberoſa & granorum ſimilia & condilomata, ad manſionem perunge, ita ut primum vape-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

vaperationem adhibeas ex calida.
Vbi coxeris aut lini ſemen aut fœnu
græcum, aut althæam, primum va-
porans orificium, ex calida ſufficien-
ter cum ſpongia, vel molli lana po-
ſtea extergere, fac cum molli linteo.
& dum calet de ipſo mortario per-
unge ad manſionem.

Quod ſi magnus fuerit tumor ut
orificium claudat cum fervore, ovi
aſsi vitellum durum tere cum ro-
ſaceo & vino modico ut ſpiſſum fi-
at & unge ad manſionem.

Item aliud conditum ad raga-
dias & fundos & tumores, vel ſi
quid in ano natum fuerit aut in tri-
duo, aut in quatriduo ſanum homi-
nem reddat. Maſticis ſcyathos tres

Argen-

Argenti ſpumæ uncias quatuor, Roſæ Juſquiami, olei mirtini ana uncias duas tere in mortariolo diligenter ut molliſsimum fiat & lene, & pixide perlumbea reconde & cum opus fueris utere.

XXVI.

DE HAEMORRHOIdibus.

P*Otio mirabilis ad hæmorrhoidas, Avellanas ſubirum, cinnamomum, panem atrum, caſsiam fiſtulam, gariophilum æquali pondere juxta tuum arbitrium, incende & miſce cum vini albi phialis tribus, & coques ad tertias da bibere.*

Item

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Item aliud pro hæmorrhoidibus;

Malum terraneum mundatum accipe, & fac ex eo fel id eſt ſuccum & ſuper anum ſit per totam noctem cum melle & alio die facto pulvere de pipere ipſum anum ſuper aſperge & pone ſuper hæmorrhoidas.

XXVII.

DE PSILIACIS.

PSiliaci ſunt qui vexantur lumborũ doloribus, curantur igitur ex infuſione & vaporatione & cataplaſmate, quæ Sciaticis diximus convenire, tum maxime venam veſtigiorum incidi circa digitum

pu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

puſillum pedis oportet, & unctiones & acopa adhibenda erunt, quæ conficiuntur ex ſale & nitro & ſulphure & aliis ſimilibus ſpeciebus perfricationes ad ſolem & in balneis adhibendæ erunt, adhibitis medicaminibus quæ Iſchiaticis diximus convenire.

XXVIII.
DE ARTHRITICIS.

ARthritici ſunt qui dolore omniū membrorum vexantur, digitorum, manuum ſive pedum, ſive omnium commiſſurarum ſeu nodorum ſpinæ vel ungelarū ſive omniū juncturarum, Cu-

rum, Cu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Curantur autem ſic. Hæc paßio in initio mediocri adjutorio in fine vero mordaci curanda eſt quæ circa acceßionem peragorizentur Apponenda ſunt circa molliti

Hic eſt linea obliterata.

XXIX.

DE PODAGRICIS.

P*Odagricorum cauſas ſcire oportet quia ex multis & diverſis cauſis habent conſiſtentiam. Unde æſtimo propter varietates nativitatis ejus vix poſſe cognoſci omnia de ea neq; perfecte curari. Tamen hic pulvis catharticus a peritis medicis inventus eſt & nimium expertus*

tus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

tus quia mirabiliter mitigat, furioſos dolores podagricorum & igni- extinguit calores, & ſtatim cum ventrem ſoluit paragorizat & temperat patientis membra, in tantum ut a ſella ſine alterius adjutorio ad proprium redeat lectum. Qui conficitur ſic: hermodactyli, diagridii ana uncias duas, cimini, galangæ, coſti, gariophili ana unciam unam; Si vis de hoc pulvere accipere, accipe ſcrupulos quatuor, & da cum vino albo & cum mulſa, &, ſi vis, cum melle confice, dans cum aqua.

Item aliud catharticum podagricis aptũ R. hermodactyli drachmas IIII. galangæ, gariophili,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

diagridii ana drachmam unam mel quod ſufficit.

XXX.

DE TENASMO.

QVia de renum vitiis ſuperius in quantum memoria occurrit diximus nunc ad tenaſmon, quæ eſt paßio ejuſdem inteſtini, quod longaonem vel extalem dicimus, ea quæ poſſumus, ſubjungamus.

Eſt enim hæc paßio, ventris deſiderium cum jugi aſſellatione hoc eſt ſpiſſa & macilenta & ſanguinea ſtercora redduntur. Contingit autem maxime ex frigore nimia indigeſtione vel frigido potu,

unde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

unde ſit dolor & extenſio viſcerum & lumborum & pondus ani.

Curentur vero ex vaporatione encateſmatorum, id eſt cum elixatura fœnu græci, althee, roſarum. Ipſius autem ani vulnerationem vel rupturam butyro ſine ſale & adipe anſerino cum modica cera alba, ſoluta ad prunas linies & unges anum, & pro pondere inteſtini, pice bricia ſubfumiga, ut ipſum fumum & calorem inteſtinis recipiat. Et ſi ſine febribus fuerint balneis utantur, ita ut mox dum ingreſſi fuerint ſalſa calida anus primo ex oleo perungatur, & ſic in pavimento ſedeant, ut diu ſudent, & exinde diu in ſolio fricentur, & fo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

veantur, & poſt balnea oleo calido perungantur anetino vel rutaceo vel laurino, vel ex apocis termanticis. Quod ſi pondus cum fluxu ventris perſeveraverit, antidoto diamakir utantur quod facit diſſentericis iliacis lientericis teneſmon jacis & ad omnem ſolutionem ventris, R. Opii mirrhæ acaciæ, ſtoracis, ypoquiſtidos, roris marini, floriſorni, roſarum ſiccarum ana drachmas quatuor, libani, coralli ana drachmas duas, cotidos id eſt gallæ, maceris, ana drachm: II. ſucci arnagloſſæ, ſucci rubi cimarum ana unciam unam mellis quod ſufficit: Dabis in modum avellanæ cum aqua calida, ita tamē

ut in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

ut in dolio vel in tina deſcendant, & in ipſa aqua ubi deſcendere debent coque hypociſtida, poliganum, plantaginem, cimas rubi, agrimoniam, maratrum, mirti folia lentiſcum oleaſtrum, laurum roſmarinum cypreſſum pſythiam. Hæc omnia fac in aqua fervere, & in ipſam aquam deſcendant & ſedeant, dum potuerint, & antequam inde exeant, da de iſto antidoto. Hoc ter faciant & Deo favente ſalui erunt.

Expletis his quæ ad ani vitia pertinent, & quæ ſuperius de Podagrica paſſione breviter prælibata ſunt, nunc ad medicamenta & unguenta ejuſdem paſſionis con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

grua tranſeamus. Et fac unguentum quod inventum eſt ab Aeſculapio medico auctore. Item aliud unguentum pro podagricis. R. Fabæ ſolidæ lib: IIII. lupini lib: IIII. Omnia ſingulariter molle fac & commiſce, & adde adipis porcini lib: I. & aquæ cœleſtis quantum tibi videtur, confice in modum malagmatis, & ſuper impone hyeme calidum, æſtate frigidum, mox tollit dolorem. Hoc medicamentum multi auctores laudaverunt.

AD

AD LIBROS BIBLIOTHECÆ SVÆ verſiculi Henrici Ranzovii ad imitationem Flaminii.

Salvete aureoli mei libelli
Meæ delitiæ, mei lepores,
Quam vos ſæpe oculis juvat videre,
Et tritos manibus tenere noſtris,
Tot vos eximii, tot eruditi,
Priſci lumina ſeculi & recentis.
Confecere viri, ſuaſq; vobis
Auſi credere lucubrationes
Et ſperare decus perenne ſcriptis.
Neq; hæc irrita ſpes fefellit illos,
Veſtro præſidio per univerſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Ævo perpetuo leguntur orbem,
Doctorumq; volant per ora clari.
Vos eſtis requies honeſta mentis,
Jucunda ingeniis bonis voluptas,
Rebus perfugium minus ſecundis,
In lætis decus & nitor refulgens.
Vos ætate puer virente, magno
Sum complexus amore, nunc vir autem.
Multo proſequor impotentiore,
Et quam fata diu ſinent amare
Vobis immoriar mei libelli:
Ac cum rege lubens fatebor illo
Alphonſo egregio eſſe cariores,
Veſtras divitias mihi, benigna
Quam ſors, quas mihi contulit caducas.

HEN-

HENRICVS RANZO-
vius in monumentum
paternum.

ACcipe, chare pater, quæ munera filius offert,
Sintq; precor cineri munera grata tuo:
Tu mihi das lucem vitæ, do mortis honores:
Heu heu quam diſpar gratia noſtra tuæ eſt.

H. R. de ſeipſo.

VIvo, Poſt moriar. Sic fert divina voluntas:
Hæc quæ vult, eadem me quoq; velle decet.
Vita mihi melior continget, temporis hujus
Vita. Quam vixi, vita operoſa fuit.
Quam ſpero vitam, Chriſti mihi ſanguine parta eſt,
Hac dabitur læta pace Deoq; frui.

ALIVD.

SAt mihi ſat laudi, charis vixi ſat amicis:
Mors mihi ſperati muneris inſtar erit,
Ergo fama vale, ſpes & fortuna valete:
Tu quoq; Rex clemens, patria, ſtemma vale.

Vel ſic.

Patria, fama, domus, ſpes, Rex, fortuna valete
Sat mihi, ſat vixi Cimbria clara tibi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

VOTVM HENRICI Ranzovii ad imitationem Xenophontis.

O Immenſe Deus, da mihi meiſq; integram ſanitatem, in agendo induſtriam, in efficiendo celeritatem, in dicendo authoritatem, laborem in negotijs, fortitudinem in periculis, contra hoſtes mitem victoriam, in conſultando piam prudentiam, & à majoribus gratiæ conſtantiam, facultates honeſtas, ſenectutem juſtam, in religioſis majorum monumentis requiem; & in extremo adventus tui iudicio glorioſam reſurrectionem, & beatam immortalitatem.

Idem verſibus redditum.

Da, qui cuncta potes, Deus alme, mihiq; meiſq;
Sanas in ſano corpore mentis opes.
Da ſimul ut rebus cunctis induſtrius adſim.
Et properè faciam quæ facienda mihi.
Da valeam linguâ toto molimine vitæ,
Impoſitiq; feram grande laboris onus.
In duris animum fortem concede periclis,
Hoſteſq; intrepidè vincere Marte tuo.
In conſultando prudentiam ab æthere mitte,
Conſtantemq; Ducum gratiam ad uſq; rogum.
Patria feuda, meaſq; domos, te dante, paratas
Da proprio cenſu ſumptus honeſtus alat.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Et tandem me, poſt placidam juſtamq; ſenectam,
Æterna in requie tumba paterna tegat.
Donec me ſuperas rurſum revocabis in auras,
Et dabis in nitido regna beata polo.

Henrici Ranzovii Symbolon.

DIES MORTIS Æternæ vitæ natalis eſt.

Mors quæ corporeæ eſt hujus deſtructio maſſæ,
Ianua ea eſt vitæ principiumq; novæ.

ALIO MODO.

Tranſitus è vivis vitæ cœleſtis origo eſt,
Qui Chriſto didicit vivere, vivit homo.

ALIO MODO.

Lux ea mortalis quæ ducitur ultima vitæ,
Rurſum natalis ducitur eſſe novæ.

COLLATIO PYRAmidis Ranzovianæ Segebergenſis, & Romanorum.

Pyramides quondam varias Roma inclyta ſtruxit,
Sumptibus eximijs, Sumptibus innumeris.

Pyra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Pyramidem ſtruxit ſimilem Ranzovius heros,
Sumptibus innumeris, ſumptibus eximijs.
Illa viro claro, aut fortes qui vicerat hoſtes,
Hic regi forti, Rex Friderice, tibi.
Illa ſitu bello bellas, longeq; micantes,
Hic ſplendore gravem, cumq; decore parem.
Illa quæ erant Latiæ tanquam miracula terræ,
Hic quæ miraclo non minus eſſe poteſt.
Cum non ex lapide aut ligno, nec ſtructa metallo,
Et tamen ex omni parte ſit artis opus.
Cedite Pyramides Romanæ, cedite priſcæ:
Nam claret parili Ranzoviana modo.

IN PYRAMIDEM eandem Segebergenſem.

Non hæc vel vivo vel cocto fabrica conſtat
Saxo, nec ligno. Facta ſit unde rogo?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Pyramis.

Hæc
lector
te tria
Chare docet.

Principiò quòd
Sumptibus immenſis
Stet conſtructa tam benè
Ornateq; Vicarij &c. Dein-

dè quòd hæc eadem ſecundi
ſit Friderici conſecrata manibus,
Danica qui geßit ſceptra potente manu.

Deniq; ſublato in cœlum quod culmine ſignet,
Calceq;, qua facta eſt, pura, ſine crimine puram
Quilibet ut vivat vitam, mortalia linquat,
Et crebrò ſolum ſuſpiret, anhelet, Olympum.
Hæc ubi cognoſti, ex animo bona multa precare
Ranzovio domino, & quo te via ducit euntem
Perge ſtatim, & felix longißima tempora vive.

H. 1 5 8 8. R.

IN

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

IN OBELISCVM Ranzovianum, formam ejus referentem, quem olim à D. Auguſto juxta Mauſolæum Romæ erectum ſixtus V. P. M. ad Baſilicam S. Mariæ Majoris in Exquilinum nunc tranſtulit.

QVid Latii mirare Obeliſcos, chare viator?
Deſine, Ranzovius condidit arte parem.
Ah quid dico parem, Non eſt; ſed pulchrior ipſis
Italia alma tuis, Roma ſuperba tuis.
Quæ ſtruis Idolo tantùm mera vana profano,
Hic uni ac trino, quod ſtruit omne, Deo.
Tu ſtatuas civi ſtatuis perſæpe celebri,
Hic patribus patriæ, Principibuſq; viris,
Qui regum claro clarorum ſanguine nati,
Factiſq; æternum promeruêre decus.
O valeant Latii, Latiales vincit hic unus,
Arte, decore, jugo, laude, nitore, ſitu.

Ad ortum conſp: hoc Epig:

Hoc opus extruxi, Henricus Ranzovius, omne
Numinis in laudem, Conditor alme, tui.
Et Danaum quondam Friderici regis honorem,
Totiuſq; mei ſeminis, atq; domus.

AD

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

AD OCCASVM.

Pro meritis, Friderice, tuis, Rex optime, rurſum
  Hæc monimenta tibi dedico, ſacro, ſtruo.
O utinam majora mihi præſtare liceret,
  Hoc certè ſtares aureus ipſe loco.

AD MERIDIEM.

Quem Regi, & vobis Obeliſcum conſecro, Nati,
  Ad virtutis iter nobile, calcar erit.
Certumq; indicium quærendas æthere ſedes,
  Et nihil in terris certius eſſe nece.

AD SEPTENTRIONEM.

His viſis, lectis, placidè diſcede viator,
  Cunctaq; ſtructori fauſta precare meo.
Perpetuò infelix & deteſtabilis eſto,
  Sic ſacrum in minimis hoc violabis opus.

ALIVD EIVSDEM H. R.

Symbolon.

Ita ſe comparent in vita ut vinci & mori neſciant.

Si mortalis homo fugitivum tranſigat ævum,
  Vt nequeat vinci, aſt vincere, neve mori.

ALIO MODO.

Sic homines, æquum eſt, traducant tempora vitæ,
  Vt vinci nequeant, ut nequeantq; mori.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

AD FRIDERICVM II. REGEM Daniæ H. R.

Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena ſalus:
Quantulacunq; meæ debentur tempora vitæ,
Penſaſſem pro te, Rex Friderice, libens.
At nunc quod poſſum, lachrymis tua funera plangam,
Et vitam in terris ut moriturus agam.

IN HENRICVM RANZOVIVM.

Ranzoviæ cui non eſt cognita gloria gentis?
Henrici cui non gloria Ranzovij?
Qui genus antiquum varijs virtutibus ornat,
Vates & Medicus, miles & Aſtrologus.

F I N I S.

HAMBVRGI

Excudebat Jacobus Wolfius.

Anno Chriſti 1590.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]

2519.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2519 8° [48,-156]